Sig.: FA-1552
Tít.: Catalogo degli ordini religio
Aut.: Bonanni, Filippo
Cód.: 1027866

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Del Capitan Zamora [illegible]

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ORDINUM RELIGIOSORUM
In Eccleſia Militanti
CATALOGUS.
PARS TERTIA

Complectens aliquos in prima editione omiſſos, diverſa etiam Alumnorum Collegia, & Fœminarum Congregationes,

Quibus more Religioſorum Regulæ vivendi, & indumenta præſcribuntur, ut ſinguli à cæteris dignoſcantur,

CLEMENTI XI. PONT. MAX.
OBLATUS

A P. PHILIPPO BONANNI
SOCIETATIS JESU.

IMAGINES.

Andreas Horatii Pictor delineavit. Arnoldus Wanveſterouth incidit Anno MDCCX.

ROMÆ, Typis Georgii Plachi, Cælaturam, & Characterum Fuſoriam profitentis, propè Sanctum Marcum, 1723. *Superiorum permiſſu.*

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

T-A-1552

CATALOGO
DEGLI ORDINI RELIGIOSI
Della Chieſa Militante

PARTE TERZA,

In cui ſi riferiſcono alcuni di eſſi tralaſciati nella prima edizione,

DIVERSI COLLEGII DI ALUNNI, E CONGREGAZIONI DI FANCIULLE,

Alli quali, come Religioſi ſono preſcritte Regole di vivere, e abito particolare, per cui gli uni dagli altri ſi diſtinguono.

OFFERTO ALLA SANTITA' DI N. SIG.

CLEMENTE XI. PONT. MASS.

DAL P. FILIPPO BONANNI DELLA COMPAGNIA DI GIESÙ,

Le Imagini del quale furono diſegnate da Andrea Orazii Pittore, e intagliate da Arnoldo Wanveſterouth l'Anno MDCCX.

IN ROMA, nella Stamperia di Giorgio Placho Intagliatore, e Gettatore di Caratteri à S. Marco, 1723. *Con licenza de' Superiori.*

Museo Nacional de Antropología * MADRID
R. 30192
Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

MICHAEL ANGELUS TAMBURINUS

Præpoſitus Generalis Societatis JESU.

CUm librum, cui titulus: Ordinum Religioſorum Catalogus, Pars tertia continens Ordines aliquos in prima Editione omiſſos à P. Philippo Bonanni noſtræ Societatis Sacerdote conſcriptum, aliquot ejuſdem Societatis Theologi recognoverint, & in lucem edi poſſe probaverint, facultatem facimus, ut Typis mandetur, ſi ità iis, ad quos pertinet, videtur. Cujus rei gratia has literas manu noſtra ſubſcriptas & ſigillo noſtro munitas dedimus. Romæ

Michael Angelus Tamburinus.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Imprimatur,
Si videbitur Reverendiſs. Patri Magiſtro Sacri Palatii Apoſtolici.

Dominicus de Zaulis Archiepiſc. Theodoſiæ Vicesger.

EX commiſſione Reverendiſs. Patris Paulini Bernardinii S. Pal. Apoſt. Magiſtri attentè, diligenterque examinavi *Tertiam Partem Catalogi Ordinum Religioſorum &c.* in qua idem doctiſſimus Author A.R.P. Philippus Bonanni Societatis Jeſu pari eruditione, & non abſimili ſtudio, quo priores concinnavit, proceſſit, nihil admittens, quòd Catholicam Fidem offendat, ac morum puritati non conveniat; eam indè Typis digniſſimam cenſeo, nè temporis fluxu rerum optimè geſtarum memoria decurrat, ſed æternum potiùs ipſarum monumentum conſiſtat, ut hinc ſinguli poſſint erudimenta ad opera pietatis adhibere, ſalvo &c. Dat. ex Conventu S. Mariæ Aracœli 27. Maji 1710.

Fr. Auguſtinus Matthæucci Lucenſis Sac. Theol. Lector Jubilatus &c.

Imprimatur,
Fr. Paulinus Bernardinius Ordinis Prædicatorum Sac. Pal. Apoſt. Magiſter.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

LECTORI.

POſtquàm anno ſeptingenteſimoſexto ultrà milleſimum in lucem editus à me fuit Catalogus Ordinum Religioſorum, duobus Tomis diviſus, quorum alter Virorum, alter Fœminarum Cœtus comprehendebat, animadverti aliquos fuiſſe omiſſos, mihi non anteà notos: Quamobrem, ut Amicis ſatisfacerem, illos addere jam impreſſis decrevi; verùm quia ſimile Opus ab alio Authore edendum eſſe in lucem vulgò dicebatur, alieni laboris fructibus fruendi cupidus ab incœpto deſtiti. Prodiit tandem opus, non tamen novum, ſed reſcriptum, in quo Sanctorum quidem, Virorumque illuſtrium aliquot Imagines exhibentur, ſed ferè nulla, quæ diverſum Ordinem Religioſum oſtendat; immò quinque illis caret, quas Tomo primo vix in lucem edito, additæ à me fuerunt poſt Monachum Ciſtercienſem, quem à Trappa nominant; videlicet Eremita, qui dicitur Coloritus; 2. Monacho S.Antonii Armeno; 3. Sacerdote, Pio Operario vocato; 4. Sacerdote, Miniſtrante in Noſocomio S. Mariæ Senis; 5. Sacerdote, quem Sacrorum Clavorum appellant.

Quamobrem, ut Amicis indulgerem, inciſionem omiſſam aliquarum Imaginum tàm Virorum, quàm Fœminarum Ordinum Religioſorum celeriter faciendam curavi; mihique pro ſua humanitate gratificatus eſt inſignis, & celeberrimus Sculptor Sereniſſimi Ethruriæ Principis Arnoldus Wanveſterouth, patria Antuerpienſis, non Bruxellis ortus, ut falsò in ſuis paginis Scriptor quidam affirmavit. Eas catalogo Ordinum Militarium, quem promiſeram præmittendas decrevi, ut cœteris additæ opus perfectum redderent; ſi tamen perfectum haberi poterit, cùm fortè alius Religioſus Ordo, aliavè Congregatio, nunc penitùs ignota, in lucem prodierit.

Inter eas aliquot indicari Lector inveniet, qui licèt inter Ordines Religioſos non comprehendantur, more tamen Religioſorum vitam traducunt, cujus generis in Catalogo jam impreſſo aliquot enumerantur.

Hac demum occaſione Alumnos Seminariorum utriuſque ſexus referre optimum judicavi, qui Romæ præcipuè commorantur, indumento utentes, quo ſinguli à cœteris diſtinguuntur, vitæque normam more ferè Religioſo habentes, dum omnes facultatibus, ipſos decentibus, operam uavant, omneſque documenta in primis Chriſtianæ pietatis erudiuntur.

Eorum cognitio ſtimulos eiſdem addet, ut finem aſſequantur, ob quem tali bono perfruuntur; Cœteris verò manifeſtum fiet, quàm ingens, quàm generoſa fuerit Summorum Pontificum Charitas, aliorumque piorum Virorum liberalitas, qui Pontifices æmulati, Seminaria, piaſque Domos excitarunt, & ſuo ære liberali manu dotarunt, ut in iis puerorum innocentia, & Puellarum caſtimonia in tuto eſſent, nec tantùm ſcientiarum, ſed variarum facultatum, in commune Populo-

§ rum

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

rum bonum, in Provinciarum, ac S.R.E. utilitatem, fieret adeptio.

Quotquot hujus generis Collegia Romæ, alibique numerantur, omnia ex una radice, tanquam fœcundiſſimi rami, prodiere, cùm in celebratione Sacri Concilii Tridentini omninm ſanctione decreta fuit Seminariorum erectio, ut morum corruptela, quæ latè ſuas radices propagaverat, penitùs extirparetur. His verbis illa recenſetur cap. 18. ſeſſ. 23.

Cùm Adoleſcentium ætas, niſi rectè inſtituatur, prona ſit ad Mundi voluptates ſequendas, & niſi à teneris annis ad pietatem, & Religionem informetur, antequàm vitiorum habitus totos homines poſſideat, nunquàm perfectè, & ſine maximo, ac ſingulari propemodùm Dei omnipotentis auxilio, in diſciplina Eccleſiaſtica perſeveret. S. Synodus ſtatuit, ut ſingulæ Cathedrales Metropolitanæ, atque his majores Eccleſiæ pro modo facultatum, & Diœceſis amplitudine, certum puerorum ipſius Civitatis, & Diœceſis, vel ejus Provinciæ, ſi ibi non reperiantur, numerum, in Collegio ad hoc propè ipſas Eccleſias, vel alio in loco convenienti, ab Epiſcopo eligendo alere, ac religioſè educare, & Eccleſiaſticis diſciplinis inſtituere teneantur. In hoc verò Collegio recipiantur, qui ad minimum duodecim annos, & ex legitimo matrimonio nati ſint, ac legere, & ſcribere competenter noverint, & quorum indoles, & voluntas ſpem adferat, eos Eccleſiaſticis miniſteriis perpetuò inſervituros.

Hujuſmodi Decretum adeò Patribus illis arriſit, ut (referente Card. Pallavicino in hiſt. Conc. lib. 21. cap. 7. num. 3.) Seminariorum inſtitutio ſupra cætera decreta ab omnibus fuerit commendata, aſſerentibus multis, eam ſolam tot exantlatos labores, tot diſſidia, & animorum perturbationes demeruiſſe, etſi nulla alia utilitas ex illis parta fuiſſet. Illam enim ajebant, inſtrumentum aptiſſimum eſſe ad morum reformationem obtinendam, & tales in Republica Cives haberi, quales enutriuntur. Immò, ut idem Author narrat lib. 22. cap. 1. num. 13. Cùm in ſeſſione de inſtitutione Seminariorum in unaquaque Diœceſi actum fuerit, unum etiam Romæ erigendum eſſe nonnulli judicarunt; at nè legem Summi Pontifici præſcribere velle ipſi viderentur, ſilentium illis impoſitum fuit, præſertim ob Pontificis ſponſionem, qua ille declaravit, ſe brevi acturum quidquid Pontificiæ dignitati maximè conveniret.

Quamobrem anno 1563. Cardinali Borromeo Pontifex imperavit, ut ſuo nomine gratias Concilio redderet, deindè ipſemet Pontifex epiſtolam, ſua manu conſcriptam, ad Legatos miſit, qua erectionem Seminarii à ſe jam decretam eſſe declaravit. Abſoluto deindè Concilio (idem Eminentiſs. Scriptor addidit lib. 24. cap. 9. n. 6.) Pontifex in Congregatione, quam Conſiſtorialem appellant, Seminariorum inſtitutionem laudavit, ut rem à Deo animis Patrum cœlitùs inſpiratam, ſpopondítque ſeſe quamprimùm cœteris exemplum daturum, ut verè dedit, erectione Seminarii Romani, in quod deindè Romana Juventute admiſſa, non ſolùm Romæ, ſed Italiæ, immò Eccleſiæ univerſæ bona attulerunt quamplurimi virtutibus, & ſcientiis pæditi Heroes in eodem enutriti.

Ex hac igitur uberrima vena tot deindè rivi profluerunt, quotquot Seminaria excitata fuerunt à cœteris Sum. Pontificibus, aliiſque beneficis Fundatoribus,

cùm

cùm unicum Romanum à Pio IV. fundatum impar eſſet ad cœteras Nationes, cęteroſque diverſæ conditionis Juvenes excipiendos, qui in eis enutriti, florerent feliciter, & fructus in bonum, non tantùm Urbis, & Italiæ, ſed Europæ, aliarumque Orbis partium, abundè producerent.

Quod ſi caput è tumulis erigerent Patres illi ſapientiſſimi, & Sѳminaria, juxtà ipſorum legem Romæ inſtituta, conſpicerent, quanta illis occurreret gaudiorũ ſeges, quanta dulcium lachrymarum vena panderetur? Ille præſertim ſuo Seminario gauderet Max. Pont. Pius, qui Cœli, Terræque arbitrer manus tanto operi primus admovit, ut ex inſtituto Seminario eſſet Roma ſcientiarum nutrix, & Regina virtutis, ut olim ex erecto Capitolio ſedes erat ampliſſima majeſtatis, & gloriæ. Certè non minùs Romæ nunc temporis pietatis magiſterio Orbem implevit, ac olim ſuæ potentiæ conatibus occuparit, diſpari quidem modo, ſed gloria, & utilitate majori; nec enim mores imitata veteres Roma recentior, ad exteras gentes colonias mittit, ſed exterarum gentium in Seminariis colonias imponit, ut peregrinos populos ſuos veluti cives maternis admotos uberibus uberiùs lactet, romanoſque faciat non ſanguine, ſed moribus, non patria, ſed amore.

Et quidem quis magnam hanc Urbem Romam non admirabitur? magnum ſanè fuit, ut Urbes omnes facto veluti fœdere Romam ornarent; majus tamen ut Roma Urbes omnes amore complecteretur; maximum ut beneficiis eas coronaret; hec namque cęteris imperiis eminet Roma, quòd non uni Populo, ut illa, ſed omnibns latè Gentibus, uti præeſt imperio, ſic beneficentia præcellit. Si Mare rivos omnes; omniaque flumina recipit, illa Nationes omnes, utì ſuos Cives, amplectitur, & fovet; à Mari tamen diſpar, quòd in illo ſuam dulcedinem, ſuaque nomina perdunt flumina; Roma omnium dotes auget, omnes (quanquam exteri ſint) virtutibus implet, & cumulat beneficiis: Quamobrem ſi omnes in diverſas quodammodò acies diſtributos ante oculos circumſpicerem, his, aut ſimilibus verbis alloqui ſingulos poſſem.

Quotquot hic adeſtis generoſæ indolis Adoleſcentes, in ſinu Pontificiæ Beneficentiæ, & Romanæ Charitatis, peramanter excepti, vos omnes Divina Providentia ſelegit, ut ſcientiis, artibus, atque in primis honeſtis moribus excultos, ad divinum cultum promovendum, ad pietatem in familiis excolendam, ad augendum Templorum nitorem, idoneos redderet; Cum variis indumentis vos cerno, tanquàm diverſas in acies diſtributos militantis Eccleſiæ judico, quorum ſudore, immò & ſanguine, madefacta tellus palmas feliciter producat, quibus augeantur Triumphanti coronæ. Illas, veſtra ſtudia, veſtri labores, omneſque mentis, & corporis exercitationes petant. Si quamplurimi ſubſidiis omnibus deſtituti mendicitatem deplorant, Vobis è contrà in Romano ſinu excepti præbentur ubera, maternoque amore donantur alimenta: Si multi, licèt indolem excelſam ſortiti à nullo excultam vident, atque in Regionibus longè diſſitis beneficos Romani Cœli influxus anhelant; Vos ad amœniſſimum campum tranſlati optimorum Operariorum induſtria ad fructus uberrimè producendos feliciter effloreſcitis. Vobis ſinum ſuum obtulit Roma, ut mores informes informet, pietatis nectar infundat, ſcientiarum theſauros aperiat, Infularum premia, & dignitatum diademata elaboret.

Ad illa Vos Divina Providentia ſelegit, ut olim Pharaonis filia infantem Moyſen è naufragii periculo liberatum, genitrici enutriendum commiſit, inquiens: *Accipe puerum iſtum, & nutri mihi*: Ad illa inquam, ob quæ ſplendida ſibi nomina Seminariorum Romanorum generoſa Juventus, ut olim è debellatis Nationibus, populiſq; devictis triumphales titulos Romani Duces induebant. Noverant enim præclari Adoleſcentes eò majores è ſemine flores emitti, & promitti fructus, quo magis ſudore colitur, rigidaque tantùm ab hyeme prodire pinguem autumnum. Hinc aſſidua ſtudia, vigiliæ, labores, ut ſapientiam, bonaſque artes haurirent.

Quid autem hic percurram ſublimes animi dotes, quibus Religioſas Familias, univerſaſque Urbes, plurimi exornarunt? Quanta in moribus illorum integritas, in victu aſperitas, candor in verbis, pietas in conſiliis, contrà mundi blandimenta fortitudo, pugna in voluptates, in vitia cuncta victoria? Paterna illorum tecta in Templa ceſſere, in delicias jejunia, ignominiæ in gloriam, vincula in coronas. Quis aras excitatas, quis Templa erecta, condita Noſocomia, edoctos verbo populos, exemploque virtutum correctos? Quis pari dicendi ubertate recenſeat? Nec Italia tantùm pia hæc ambitione demonſtrat: Ipſæmet Germaniæ inclitæ Nationes, ipſamet Anglia, non minùs mari, quàm hæreſi circumfuſa, Scotia ipſa Britanniæ proximæ disjuncta fluctibus, ſed erroribus conjuncta, Æthiopia, cultu magis nigra, quàm vultu, Hibernia, Græcia, Aſiæque ampliſſimæ Provinciæ Seminarianæ virtutis exempla indicant, viaſque laborantibus detritas Heroibus ad fidei incrementa aperuerunt: At non vias tantùm, ſed heroicæ pietatis inſignia oſtendunt. Hìc ſudores & carceres, ibi verbera, vincula, patibula, alibi cęſa Nobilium capita, hiantia vulneribus pectora, ſanguinem mutilis artubus effluentem, in cineres reſoluta cadavera, cruentas ubique ſecures, venenatas ſagittas, ſpecioſa veluti trophæa virtutis, in Seminariis exculta demonſtrant; nec facilè ſtatuerim, an mater Roma generoſior filiis animum dederit, an pectore fortiores filii, matris fidem propugnaturi dederint animam. Lac illis Roma porrexit, ut fidei viverent; illi ſanguinem reddiderunt, ut ipſis inter certamina victrix viveret Fides.

Virginibus verò Maria, Moyſis ſoror, tanquàm rectè vivendi norma proponitur, cui ſimiles erunt, ſi morum candorem cum pietatis ſtudio conſocient, hymnoſque, ut illa, dùm Terram felicem peteret, in Dei laudem piè modulentur.

Hæc ſuggerunt Vobis, quotquot in ſeptis Seminariorum enutriti tanquàm egregia germina in tanta ſoli ubertate virtutibus floruerunt, ob quam Roma mater de ſobolis gloriatur ingenio, & Nati nobilitatem matris attollunt. Detractus fuit annulus è manibus filii Scipionis Affricani, in quo Patris caput exculptum gerebat, quòd à Patre diſcors manus vinciendas Antioco tradiderit, ſic veſtris avellentur imagines Deceſſorum, niſi illis animum, mores, & virtutes geratis pares. Vultus adeò illuſtres inſpicite, ut æquè vos illis, ac vobis illi, ſint gloriæ, eoque virtutis amore adoleſcentiam veſtram ornate, tanquàm naſcituræ poſteritati daturi veſtrarum virtutum imagines. Ad hæc peragenda extimulent verba eleganti carmine ab inſigni Scriptore olim prolata.

Erige nobilibus ſtudiis ad ſydera frontem,
Et cupias par eſſe tibi generoſa Juventus,
Quam Mundi lactat pleno ubere Roma.

AL LETTORE.

DOppo che nell'anno 1706. publicai con la ſtampa il Catalogo degli Ordini Religioſi,diviſo in due Tomi, nel primo de'quali ſi contenevano quelli degli Uomini, e delle Donne nel ſecondo, mi fù data notizia eſſervene qualche altro d'Inſtituto diverſo dalli già deſcritti, e da me non ſaputo, e per condeſcendere a chi me ne fece inſtanza, riſolvei di aggiungerlo; ma perche avevo udito, che ſi era intrapreſa da altri ſimile fatica, differii il farlo, ſperando di godere i frutti di eſſa. Mi capitò poi ultimamente ſotto gli occhi la riſtampa di ambedue i Tomi da me publicati, e ſcorrendoli, non vi trovai ciò che ſupponevo,e benche ſi aſſeriſca eſſervi l'aggiunta di 130. figure, riconobbi eſſervene molte, non di Ordini Religioſi, ma di ſagre Imagini, e altri Ritratti non appartenenti alla materia in eſſi contenuta, anzi mancarvene cinque da me aggiunte poco doppo all'eſſerſi publicato il primo Tomo,e furono regiſtrate doppo il Monaco Ciſtercienſe, detto della Trappa, cioè quella dell'Eremita, detto Colorito; 2. del Monaco di S.Antonio Armeno; 3. del Sacerdote pio Operario; 4. del Sacerdote di S.Maria dell'Oſpedale di Siena; 5. del Sacerdote, denominato de'Sagri Chiodi.

Volendo dunque ſodisfare al genio altrui, procurai, che con ogni celerità foſſero fedelmente intagliate alcune Imagini,sì di Religioſi,come di Donne a Dio conſagrate,delle quali tardi avevo ricevuta la notizia, dal perito ſcalpello del celebre Intagliatore del Sereniſs. Principe di Toſcana, Arnoldo Wanveſterouth, nato in Anverſa, non in Bruſſelle, come altri ſcriſſe; e benche harrei dovuto ſodisfare al publico con il Catalogo intenzionato degli Ordini Militari, hò giudicato di anteporre a quello queſti pochi fogli, acciochè aggiunti alli due primi Tomi reſtaſſe l'Opera perfetta, ſe pure perfetta ſi potrà dire, in caſo che qualche altr'Ordine ripullulaſſe, o eſtinto, o affatto incognito all'Italia.

E perche trà gli Ordini Religioſi furono annoverate alcune Congregazioni, sì di Uomini, come di Donne, le quali, benche non obbligate con Voti, vivono vita poco dalla Religioſa differente, ne hò quì aggiunte alcune altre di tal ſorte.

Hò finalmente giudicato bene il dare una breve notizia di tutti li Seminarii,e Caſe, nelle quali,principalmente in Roma, ſono alimentati Uomini, e Donne, e di eſporre le Imagini di ciaſcuno,mentre in ogn'una di eſſe ſi uſano abiti diverſi, o per la forma,o per il colore, per li quali ciaſcuno ſi diſtingue dagli altri, e da eſſi ſi oſſerva particolare norma di vivere,e attendendo ciaſcuno alli ſtudii,proprii della loro condizione, creſcono tutti con l'alimento della pietà Criſtiana.

Serviranno queſte brevi notizie, perche ſiano di ſtimolo a quelli, che ſono in tale ſtato per conſeguire il fine, per cui godono ſimile privilegio, e tutti conoſceranno a qual ſegno ſia giunta la generoſa carità de'Sommi Pontefici,e la Libera-

lità

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

lità di altre caritative Perſone, le quali ad imitazione di eſſi impiegorono i loro teſori in benefiche fondazioni di Collegii, e Caſe, nelle quali reſtaſſe difeſa l'innocenza delli Fanciulli, e aſſicurata l'oneſtà delle Fanciulle, e ſi acquiſtaſſero le ſcienze, e le arti in prò delle Famiglie, delle Città, delle Provincie, e di tutta la Chieſa Cattolica.

Quante Caſe di tal genere ſi numerano, tutte ſono rami prodotti da un benefico tronco, e nati dalla medeſima radice, allora ſcoperta, quando celebrandoſi il Sacro Concilio di Trento, trattandoſi nella ſeſſ.23. della Riforma de'coſtumi, ſi ſtabilì la fondazione de' Seminarii con il Decreto regiſtrato nel cap.18. con il tenore delle ſeguenti parole, tratto dall'idioma latino.

Eſſendo che (diſſero quelli ſapientiſſimi Padri) l'età delli Giovanetti, ſe bene non ſi ammaeſtra, è inclinata a ſeguitare i piaceri del Mondo, e ſe negli anni teneri non ſi piega alla pietà, e divozione avanti che l'abito de'vizii s'impoſſeſſi di tutto l'Uomo, non mai perfettamente, e ſenza un grandiſſimo, e ſingolare ajuto della Divina Onnipotenza perſevera nella diſciplina Eccleſiaſtica; il Sacro Concilio hà determinato, che ciaſcuna Chieſa Cattedrale, Metropolitana, e tutte le Chieſe anche di queſte maggiori, ſecondo la miſura delle facoltà, e grandezza delle Dioceſi, ſiano obbligate ad alimentare, religioſamente educare, ed ammaeſtrare nelle facoltà Eccleſiaſtiche un determinato numero di Fanciulli, nati nella medeſima Città; e ſe in quella non ſi trovano, ſiano eletti dalla Dioceſi, o Provincia, in un Collegio vicino alle Chieſe medeſime, o pure in altro luogo da eleggerſi dal Veſcovo. In queſto Collegio poi doveranno ammetterſi Giovanetti, di età almeno di dodici anni, nati da legitimo matrimonio, e che ſappiano leggere, e ſcrivere, e ſiano di tale indole, onde poſſa ſperarſi, che ſiano per ſempre ſervire alli miniſteri della Chieſa.

Piacque tanto queſto Decreto a tutti i Padri, che, come ſcriſſe il Card. Pallavicino nell'Iſtoria del Concilio lib.21. c.8. n.3. ſopra tutto fù comprovata l'inſtituzione de'Seminarii, arrivando molti di eſſi a dire, che ove altro bene non ſi foſſe tratto dal preſente Concilio, queſto ſolo ricompenſava tutte le fatiche, e tutti i diſturbi, come quell'unico ſtrumento, il quale ſi conoſceva per efficace a riparare la ſcaduta diſciplina; eſſendo regola certa in ogni Republica, tali habbiano i Cittadini, quali gli allevano.

Anzi (come l'iſteſſo racconta nel lib.22. c.1. n.13.) quando nella paſſata ſeſſione ſi era trattato d'inſtituire un Seminario in ogni Dioceſi, alcuni avevano ragionato di ſpecificare, che ſe ne fondaſſe uno anche in Roma, il che da loro ſi era con diſcreta maniera impedito, affinche non pareſſe, che il Sinodo preſcriveſſe leggi al Papa: ben aver promeſſo, che S.Santità averebbe eretto qual conveniva alla dignità del ſuo grado, onde il pregarono, che di queſta promeſſa faceſſe veder toſto l'adempimento. Fece perciò render grazie il Papa per mezzo del Card. Borromeo, e poi il Papa medeſimo aggiunſe di ſua mano una lettera alli Legati, e diſſe, che intorno al Seminario, eſſerſi da lui già fatto ſignificare, aver egli ſin dalla prima ora, che udì la propoſta de'Seminarii da Trento, applicati i penſieri a porla in effetto in Roma, come toſto intendeva di fare. Finito poi il Concilio

(ſog-

(ſoggiunge il medeſimo Iſtorico nel lib.24.c.9.n.6.) il Papa in una Congregazione Conciſtoriale di Cardinali molto laudò, come decretata per inſpirazione di Dio, l'inſtituzione de'Seminarii, dicendo, ch'egli voleva eſſere il primo darne ſpontaneamente l'eſempio, come poi fece con tanto prò, non ſolo della Gioventù Romana, ma di tutta l'Italia, quanto moſtrano gli Uomini egregii,che iu ſomma copia ſono uſciti da tal paleſtra ad onore di queſta Provincia, e della Chieſa. Sin quì il Pallavicino.

Ecco dunque da qual ſorgente uſcirono poi tanti altri rivi,quanti furono li Seminarii, che (inerendo alle gravi raggioni del Sagroſanto Concilio) gli altri Pontefici, e benefici Fondatori aprirono in Roma,e dotarono molti altri,non potendoſi con l'erezzione di un ſolo ſodisfare a tutte le Nazioni,nè a tutte le qualità di Perſone; onde in eſſi foſſero ammeſſi Giovani d'ogni ſorte, accioche ivi alimentati, come tenere piante, fioriſſero nel creſcere,e daſſeto poi copioſi frutti in prò, non ſolamente di Roma, e dell'Italia, ma di tutta l'Europa, e altre parti del Mondo in benefizio della Chieſa Cattolica.

Che ſe riſorgeſſero ora quei dottiſſimi Uomini, da'quali nel Concilio fù decretata l'inſtituzione de'Seminarii, oh quanto goderebbero,oh quante lagrime di allegrezza ſpargerebbero da'cuori loro!e principalmente il gran Pontefice Pio IV. il quale prima di tutti poſe mano all'opera, accioche Roma foſſe nutrice delle ſcienze, e maeſtra delle virtù, come per l'addietro era trono della maeſtà, e della gloria. Ed in vero Roma non meno in queſta età diffuſe per il Mondo gl'inſegnamenti della pietà, di quello, che anticamente acquiſtaſſe con gli sforzi della ſua potenza il Dominio, ma con la gloria, e utile maggiore; impercioche non invia le ſue Colonie, come anticamente alle Nazioni ſtraniere, ma forma dalle medeſime Nazioni Colonie ne'ſuoi Seminarii,nelli quali raccolti,come proprii figliuoli, gli Eſterni, li nutriſce con il proprio latte, e li dichiara ſuoi proprii Cittadini, non per la naſcita,ma per amoroſa addozzione. Che perciò chi non ammira queſta gran Città, Capo del Mondo Criſtiano, la quale fattaſi Madre commune,accoglie tutti nel ſeno. Ella è a guiſa del Mare, che riceve in ſe ſteſſo ogni Fiume, ogni Torrente: con differenza però,che queſto toglie con il nome i pregi proprii di tutti, ma Roma accreſce le doti di ciaſcuno, arricchiſce con i premii i meritevoli, ed eſalta la virtù di chi addotta per figli, benche di Nazioni ſtraniere; ſiche con quanta raggione vedendoli tutti ſchierati avanti gli occhi, potrei loro in ſimile guiſa parlare?

Quanti quì ſiete Giovani d'indole generoſa, accolti nel ſeno della Beneficenza Pontificia, e Romana, tutti foſte eletti dalla Providenza Divina, accioche ammaeſtrati nelle ſcienze, nelle arti, e molto più nella pietà, vi rendeſte abili inſtrumenti per promovere il culto di Dio, propagare nelle Famiglie i ſanti coſtumi,ed accreſcere lo ſplendore agli Altari; mentre ſotto diverſi abiti diviſi vi rimiro, vi riconoſco, come ſquadroni della Chieſa Militante,eletti per inaffiare con li voſtri ſudori, e col ſangue queſta terra, onde creſcer poſſano le palme per teſſerne corone alla Trionfante. A queſto fine devono mirare le voſtre fatiche, le voſtre occupazioni, e tutti li voſtri ſtudioſi eſercizii. Se molti piangono in queſta terra,

come

come derelitti la loro mendicità, Voi al contrario ricevuti nel ſeno di Roma, godete nell'eſſere alimentati col dolce latte della carità Pontificia; ſe molti deplorano reſtar priva di cultura la loro indole, e inſalvatichita trà le ſpine di Paeſi ſtranieri l'abilità de'talenti; Voi ſiete trapiantati in Giardini, ove con l'aſſiſtenza di ottimi Operarii felicemente creſcere potete per dar frutti prezioſi,

Quante corone, quante lauree, Mitre paſtorali, e inſegne di dignità Eccleſiaſtiche pendono dalle mura del Vaticano, anche per Voi ſono deſtinate, ſe con i voſtri ottimi coſtumi, e aſſidue fatiche cercarete rendervene meritevoli. Tanto volle dirvi la Beneficenza Divina, quando frà tutti gli altri vi eleſſe, perche foſte allevati nel grembo di S. Chieſa, come già la figliuola del Rè Faraone, fatto torre da'pericoli del naufragio il bambino Mosè, commandò alla Madre, che lo nutriſſe a ſua diſpoſizione, con dire: *Accipe puerum iſtum, & nutri mihi*. Per queſta, e non per altro creſce ognuno di Voi, tolti in tenera età dalla corrente delli vizii, e del Mondo, onde poi abbiate da operare prodigii, come Mosè, nell'eſſere condottieri de'Popoli, Capi delle Chieſe, e Curatori delle Anime, alla voſtra cura commeſſe.

Non ſtarò io quì a raccontarvi quanti, e quali Eroi di virtù precedettero la voſtra età, e uſcirono dalle Caſe, ove Voi ora creſcete: laſciarò ora di riferire quei molti, la virtù de'quali accrebbe ſplendore alle Famiglie Religioſe, e alle Città più coſpicue, o con il rigore della vita, o con la guerra moſſa contro de'vizii, o con i teſori diſpenſati a'poveri, o per gli Altari, e Chieſe fondate, o per la predicazione del Vangelo, o per la ſemenza ſparſa della Fede Criſtiana. Non fù l'Italia ſola a parte di queſte glorie; la Germania ancora, benche ſtaccata da'monti; l'Inghilterra ancora, non meno per il mare, che per l'Ereſie da quella diviſa; la Scozia, l'Ibernia, l'Etiopia, la Grecia, e l'Aſia tutta ſi pregiano di potere moſtrare le corone teſſute in queſti Seminarii. Oh quanti moſtrando le ferite de i loro petti, le ſpade, le mannaje, le ſaette infette di veleno fanno pompa di eſſe, come di trofei della virtù creſciuta nelli medeſimi! Se Roma diede il latte per vivere, eſſi lo refero in ſangue a Roma, perche più che mai vittorioſa viveſſe la Fede.

Alle Fanciulle poi, le quali godono gli effetti della medeſima Beneficenza, converrà la parte di Maria, ſorella dello ſteſſo Moisè, e ſarà il congiungere col candore de'coſtumi lo ſtudio della pietà, e orazioni, come quella con ſagri Cantici dava lodi a Dio nel camino della Terra felice.

Tanto a Voi ſuggeriſcono le Imagini di quei, che vi precedettero. Riducetevi a memoria, che dalle mani del figlio di Scipione Africano fù per ſcorno detratto l'anello, in cui era l'imagine del Padre, perche ſi era moſtrato diſſimile dal Genitore con renderſi ſchiavo per codardia ad Antioco; Onde così a Voi potrà accadere, ſe con la virtù non vi rendiate ſimili a chi vi precedette, e ſenz'altro aggiungere, pongo fine a queſta breve proluſione con le parole d'un'elegante Poeta.

Roma, Donna del Mondo,
Di voſtre brame a diſſetar l'ardore,
V'apre del ſen fecondo
Di nutrice virtude il dolce umore:

Suggetel pure: ogni bevuta ſtilla
Al voſtro bel deſire, al ſuo gran Nome
Sia d'eccelſa pietà ſerto, e favilla.

Ma

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Canonicus Portuensis.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

I.
CANONICUS REGULARIS
Portuenſis.

APud Ravennam, Flaminiæ olim nunc Romandiolæ Urbem præclaram, in littore adriatico Templum eſt vetuſtum, fama notiſſimum, Virgini Deiparæ ſacrum, & magna veneratione habitum. Illud extruxit nobilis Vir Petrus de Honeſtis Ravennas, ob ſponſionem Deo juramento firmatam, cum in Mare ob procellas naufragium timeret. Templo proximum etiam conſtruxit Cœnobium, ut in eo cum aliquibus Sacerdotibus religioſam vitam traduceret. Ibi omnes in eam devenerunt ſententiam, ut quaſdam Conſtitutiones ex authoritate divinæ Scripturæ uti flores eligerent, & illas tanquam exactam canonicæ vitæ regulam, priùs S. Eccleſiæ Romanæ Præſidi probandas offerrent, probatas verò inviolabiliter obſervarent. Votis Deus favit, nam Paſchalis II libellum, in tres partes diviſum, ſua authoritate probavit Anno 1116. Verùm etiam Deus miraculo eaſdem conſtitutiones confirmavit: nam cum B. Ubaldus, Eugubinus poſteà Epiſcopus, in Cœnobio Portuenſi commoratus aliquot menſes, cùm ad propria reverteretur, ac illas caſu in nemore, ubi pauliſper quievorat, ex oblivione reliquiſſet, & poſt illius è loco diſceſſum maximus imber decidiſſet, ad locum reverſus, librum juxtà viâ in terra circumcirca madefacta prorſus illeſum invenit. Hoc Monaſterium, ſcripſit Pennottus lib. 2. cap. 21. n. 4. fuiſſe multorum Sanctorum Virorum & præclariſſimorum Doctorum Domicilium. Eorum Congregationem multis privilegiis dotarunt Honorius II. Innocentius II. Cœleſtinus II. Adrianus IV & Clemens V. At cum Canonicorum numerus deficeret, & religioſus fervor intepeſceret, Anno 1378. ejus bona Cardinali Tituli S. Pudentianæ commendata fuere, & Templi cura Canonicis Regularibus, quos Lateranenſes appellamus Imaginem Canonici Portuenſis damus, quæ Ravennæ inter antiquiſſimas extat, Rochetum & Tunicam albam oſtendit, Almutiam & Pallium coloris ravi.

De hac Congregatione ſcripſerunt Philippus Novarienſis lib. 3. cap. 39. Pennottus hiſt. tripart. lib. 2. cap. 23. num. 4.

I.
CANONICO REGOLARE
Portuenſe.

DUe miglia fuori di Ravenna preſſo al Mare Adriatico è un Tempio antico, dedicato alla Regina del Cielo, e ſi chiama di S. Maria in Porto. Fù queſto edificato da un nobile Cittadino, chiamato Pietro degli Honeſti, per un voto fatto in Mare, ove per fiera tempeſta temeva il naufragio. Quivi anche edificò un Monaſtero, e fattoſi Sacerdote, determinò di ritirarſi; onde guadagnati molti Compagni fù Padre di una nobile Congregazione di Canonici Regolari, quali dal luogo furono denominati Portuenſi. Ciò accade nel 1080. come afferma il Pennotto nella iſtoria tripartita lib. 2. c. 74. Volle Pietro per umiltà chiamarſi Peccatore, a tale ſi ſottoſcriveva. Fù da queſta pia Adunanza ſtabilita una Regola particolare di vivere, e approvata da Paſquale II. nel 1116. e molti Collegi di Canonici l'abbracciarono, che perciò queſto Monaſtero diventò capo della nobile Congregazione, detta Portuenſe. Fù anche confermata queſta Regola con un miracolo; poiche portandola ſeco S. Ubaldo prima di eſſere Veſcovo di Gubbio, ſi accorſe averla laſciata in un boſco, ove ſi era ripoſato, e tornato per cercarla, trovò il libro ſenza eſſere ſtato offeſo dalla pioggia, abbondantemente caduta. Di tal Monaſtero ſcriſſe il Pennotto eſſere ſtato abitazione di molti Santi, e inſigni Dottori. Queſta Congregazione fù dotata di molti Privilegii da Onorio II. Innoc. II. Celeſtino II. Adriano IV. Clemente V. ma ſcemato il numero de' Religioſi, e l'oſſervanza Regolare, furono dati i Beni di eſſa in commenda nell' Anno 1378. ad Aegelo Cardinale di S. Pudenziana, e poſti alla cura della Chieſæ li Canonici, detti Lateranenſi. Qui ſi eſpone l'Imagine cavata da una antica, che ſi vede in Ravenna, con Rocchetto, e Veſte bianca, Manto, e Almuzia di colore grigio.

Scriſſero di tale Congregazione Filippo Novarienſe lib. 3. cap. 39 e il Pennotto lib. 2. cap. 23. num. 4.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Carmelita dictus a Monte Sancto

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

II.

CARMELITA
dictus à Monte Sancto.

COmmorantur Romæ aliqui Religioſi Ordinis Carmelitani, qui à Monte Sancto communiter appellantur. Inſtitutorem agnoſcunt Patrem Deſiderium Placa, qui ſimùl cum tribus aliis Carmelitis, virtute præclaris, Anno 1620. facultatem obtinuerunt à Sũmo Pontifice Urbano VIII. pontifi. cio diplomate confirmatam erigendi Provinciam, quæ Montis Sancti appellaretur ob Cœnobium extructum in Colle ejus nominis, Vrbi Meſſanenſi propinqua. Quamobrẽ ſingulis trienniis Provincialem eligunt, qui Præpoſito Generali totius Ordinis ſubeſt. Anno deinde 1709. hec Provincia ob decretum S. Congregationis, quæ Religioſis Ordinibus Romæ præeſt, in duas Provincias diviſa fuit, quarum altera Monaſteria Siciliæ numerat, altera verò in Regno Neapolitano, alibique exiſtentia, complectitur. Vitam rigidiorem hi Religioſi profitentur, nec Regulæ mitigatione utuntur ab Eugenio VI. indulta; à carnibus proindè abſtinent, & jejunium ſervant à die 14. Sept. uſquè ad diem Reſurrectionis Dñi. Cappa utuntur breviori ea, quam cœteri geſtant, nec pileum capite geſtant, cùm per Vrbem incedunt.

Omnia hæc ſcriptis affirmavit R. P. Provincialis ejuſdem Provinciæ.

II.

CARMELITANO
detto di Monte Santo.

E' in Roma un Convento di Religioſi dell'Ordine Carmelitano, detti di Monte Santo. Ebbero queſti principio in Sicilia nell' Anno 1620. dal P. Deſiderio Placa Cataneſe, il quale con tre altri Religioſi Carmelitani ottenne da Urbano VIII. Bolla di poter formare una Provincia con il nome di Monte Santo, per avere fondato un Convento in un colle preſſo Meſſina, chiamato con detto nome; onde ogni tre anni ſi elegge in eſſa Provinciale particolare, da cui ſono governati, con dipẽdenza però dal Generale di tutto l'Ordine Carmelitano. Nell'Anno poi 1709. per decreto della S. Congregazione, detta de' Veſcovi, e Regolari, ſi diviſe in due Provincie, in una delle quali ſi numerano li ſoli Conventi della Sicilia; nell'altra quelli del Regno di Napoli, e fuora di eſſo. Profeſſano queſti Religioſi vita più rigoroſa degli altri, e più conforme alla prima Regola, non mitigata dalli decreti di Papa Eugenio IV. onde ſi aſtengano dalla carne, e oſſervano digiuno dalli 14. di Settemb. fino alla Dom. di Reſurrezzione: hanno il Mantello alquanto più corto, nè uſano il cappello fuori di caſa come gli altri Religioſi dell'Or. Carmelit.

Tutto ciò è ſtato ſcritto dal R. P. Provinciale della medeſima Congregazione.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Museo Nacional de Antropología
MADRID

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Minor de obseruantia S. Francisci dictus Recollectus

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Fratres Minores Obſervantiæ S. FRANCISCI qui dicuntur Recollecti.

PRætermiſimus in noſtro Catalogo FF. Recollectorum Congr. eò quòd, ut ſcripſit P. Jo. Michael à Neapoli, in Chronol. Seraph. Or. Min. to. 1. „p. 319. Iidem illi ſint cũ FF. Reformatis quoad „normã vivendi, præter quaſdã merè accidenta„les circumſtantias, nempè acuti caputii, vel pe„dũ penitùs diſcalceatorũ; ut aſſerit P. Arturus in „addit ad Martyrol. Franciſcanũ his verbis fol. „651. Quantùm verò ad Recollectos in Gallia, Re„formatos in Italia, & Diſcalceatos in Hiſpania „iidem ſunt inter ſe, & vulgi nomine, ſeù Terrarũ, ac Provinciarũ etiã Congreg. aliquas: ideſt eorũ, qui dicti tunc Cæſareni, Clareni, Colletani, Amadei, Caperolani, & Narbonenſes, eò quòd eorũ cętus, tanquã membra à corpore diviſa, habiti fuerint, ac proindè Sũmorũ Pontificũ mandatis, & Miniſtrorũ Gen. ſtudio uniti fuerunt in unũ corpus Regularis obſervantiæ, ut refertur in Bulla Leonis X. Ite & vos. Attamen de Recollectis, qui hodiè magno cum incremento perſeverant, & religioſas virtutes diligentiſſimè colunt, aliquid de ipſis indicare in hac additione cenſuimus. Anno igitur 150. ut ſcripſerunt P. Birezius, P. Gonzaga, & P. Marcus de Viliſſipone, ſub Pontificatu Alexãdri VI. F. Jo. de Guadalupe, Religionis, paupertatiſq; zelator, à Pontifice obtinuit facultatẽ pauperes ędificandi Conventus, & in ſtrictioris vitę ſocietatẽ Religioſos congregare, qui exempti à ſubjectione Provincialiũ, ſoli Gen. Miniſtro eſſent ſubjecti. Eundẽ Authorẽ fuiſſe affirmat P. Franciſcus Haroldus in epitome Annaliũ Or. Minorũ ad Annũ „1503. Rudem proindè aſſumpſit habitũ, caputiũ„que parvum, & æqualiter in ſumitate acutũ, va„riis propterà Fratres iſti nominibus nuncupati „ſunt; ratione enim caputii Fratres de caputio di„cebantur, vel etiam de ſancto Evangelio propter „evangelicę profeſſionis peculiarẽ obſervantiã, vel „poſtremò Fratres Diſcalceati, quià nudis omninò „pedibus incedebant. Poſt tanti Viri mortẽ, addit „P. Gonzaga par. 1. fol 67. Cęperant quidam novas „cuſtodias erigere, & Domus recollectis in Hiſpa„niæ, & Francię Provinciis denuò inſtituerunt. Originem habuiſſe etiã in Galliis An. 1597 per Rever. P. Martinũ Boereũ affirmat P. Io Rouſſerius de ſtatu Ordinis S. Franciſci, qui proem. pag. 5. Aliis tamen eorũ propagationem tribuunt recentiores. Provinciales proprios habent, ſed Miniſtro Gen. Minorũ Obſer. ſubſunt. Illos confirmavit Clemens VII An. 1531. B. Pius V. An. 1560. Gregorius XIII. & alii Summi Pontifices.

Hæc relata concordant cum veritate, in cujus rei fidem propria manu ſubſcripſit, & ſigillo officii munivi die 12. Ap. 1710. Romæ in Con. S. Mariæ Aracęli
Fr Io. Damaſc. Menſnard Procurator Gen. Diſc. & Recollectorum Familiæ Ultramontanæ.

Minori Oſſervanti di S. FRANCESCO detti Recolleti.

NEl Catalogo pubblicato degli Ordini Religioſi ſi laſciò di riferire quelli Religioſi, quali numerandoſi nell'Ordine Serafico di S. Franceſco, ſono communemente chiamati Recolletti; la ragione fù, perche, come ſcriſſe il P. Michel'Angelo di Napoli, nella Chronologia dell'Ord. to. 1. pag. 319. Queſta claſſe di Religioſi è una coſa medeſima con li PP. Riformati, e ſolamente da quelli ſi diſtinguono per alcune accidentali circoſtanze, cioè nel portare il cappuccio alquanto più acuto, ò nell'andare affatto, come avvertì anche il Padre Arturo nel Martirologio Franceſcano fol. 651. ove diſſe, che i Recolletti in Francia, li Riformati in Italia, e li Scalzi di Spagna ſono una coſa medeſima, e ſolamente diviſa per le diſtanze delle Provincie. Si laſciò anche di numerare le Congregazioni de' Frati, detti Ceſareni, Clareni, Colettani, Amadei, Caperolani, e Narbonenſi; poiche queſte, benche introdotte da buone inclinazioni di maggior rigore, furono ſempre ſtimate più toſto diviſioni, nocive a tutto il corpo; onde in breve furono abolite da' Decreti Pontificii, e dal zelo delli Miniſtri Generali di tutto l' Ordine; ma perche la Congregazioue de' Padri Recolletti ſi mantiene, e fioriſce con molta eſſemplarità, e numero in varie parti del Mondo, ſi accenna in queſta addizione coll'eſporſi l'Immagine, e brevemente ſi nota ciò, che riferiſcono li PP. Barezio, Gonzaga, e Marco di Liſbona, aver avuta l'origine nella Spagna dalla ſantità, e zelo del P. Giovanni di Guadalupe, a cui fù conceduto circa il 1500 potere radunare Compagni per vivere con maggiore rigore ſotto la direzzione di Provinciale eletto da queſta Riforma Il medeſimo ſi racconta dal P. Franceſco Haroldi nell'Epitome degli Annali all. Anno 1503. Furono detti queſti Religioſi, Frati del Capuccio, dalla forma di eſſo, e del S. Evangelio per l'oſſervanza de'Conſigli evangelici, ſiccome anco li ſcalzi Il P. Gio. Rouſſerio nella qu. proem. dell'Ord. Seraf. c. 55. narra, che nella Francia ſi dilatò nel 1597. per opera del P. Mart. Boer. Altri aſſeriſcono diverſamente Godono queſti la confermazione, e privilegii di Clemente VII. di Pio V. di Gregorio XIII. e altri.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Monachus Vallis Caulium in Burgundia

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

IV.

Ordo

VALLIS CAULIUM.

In Ducatu Burgundiæ.

VAllis Caulium ſita eſt in ſilvis inter Divionem, & Auguſtodunum, Oppidum Burgundiæ. Ab ea Ordo quidam reformatus Monachorum nomen accepit, de quo ità Caſſanæus part 4 conſid. 58. Hic ordo habet multos Prioratus ſub ſe, & in quolibet Prioratu ſunt pauci Religioſi. Regulam, Conſtitutiones, modum pſallendi, & habitum Ciſtercienſium retinere Chryſoſtomus Henriquez affirmat in Menologio Ciſtercii c. 276 & Angelus Manrique in Annal. Ciſterc. ad Ann. 1207. cap. 4 refert, illum initium habuiſſe tempore Innoc. III. de aſsenſu Epiſcopi Diœceſani, illumque Innocentium confirmaſſe, ut conſtat ex illius litteris lib. 9 relatis ab eodem Angelo. De eodem ordine ſcripſit Vitriacus in hiſt. occid cap. 17. his verbis: *Hi Ciſtercienſis Ordinis ſtatuta, victu, & veſtitu, & divinis Officiis, & omnibus aliis diſtinctè & diligenter obſervant, excepto quòd Cellulas modicas cauſa majoris tranquillitatis, & pacis ſibi conſtruxerunt, ut eis tempore meditationis, lectionis, & orationis tantò devotiùs, quantò ſecretiùs intrà cubiculnm ſuum clauſo oſtio ſòli Deo vivere queant.* Adeò autem ab omni exterioris curæ præputio corda ſua circumcidere ſtuduerunt, quòd nec greges, nec armenta, nec terras arabiles, nec alias habent poſſeſſiones, nec temporalibus occupati ſollicitudinibus, & curis hujus ſæculi ab intentione ſpiritualium retardentur. Profixerunt autem extrà ſepta Monaſterii ſui terminos, quos non licet eis vagando præterire. Solus autem Prior cum aliquibus de Fratribus ſuis, ut ſubjecta ſibi viſitet Monaſteria, vel alia neceſſaria cauſa poteſt exire; Reliquis Fratribus in domo velut Iacob commorantibus. Veſtem albam cum ſcapulari nigro præcincto ut Ciſtercienſes, geſtant.

De illis etiam ſcripſit Aubertus Miræus in Chronol. Ord. S. Benedicti cap. 64.

IV.

MONACO CISTERCIENSE della Valle DI CHOUX

nel Ducato di Borgogna.

QUeſta Valle è ſituata preſſo Digion, e Autun, Città della Borgogna, e da eſſa preſe il nome una Congregazione riformata ſotto la Regola di S. Benedetto, di cui ſcriſſe il Caſſaneo part. 4. conſid. 48. Queſt' Ordine ha ſotto di ſe molti Priorati, in ciaſcuno de' quali ſono Religioſi in poco numero. Oſſervarſi da queſti le Conſtituzioni, il canto, e l'abito delli Monaci Ciſtercienſi l'affermò Criſoſtomo Enriquez nel ſuo Menologio pag. 276. e Angelo Manrique nel terzo tomo degli Annali Ciſtercienſi all'Anno 1207. cap. 4. dice, che tal' Ordine ebbe principio nel tempo d'Innoc. III. con indulto del Veſc. Dioceſano, e che poi foſſe confermato dal Papa, come appariſce dalle di lui lettere del libro 9. riferite nelli medeſimi Annali. Il Cardinale Vitriaco nel capo 17. della Storia Occidentale così ne parlò. Vivono queſti Religioſi con le uſanze delli Monaci Ciſtercienſi, ma però in Celle anguſtiſſime, nelle quali ritirati attendono alle orazioni, ſegregati da ogni commercio umano, non poſſiedono campi, nè armenti, ſenza prendere alcuna cura di temporali intereſſi attendono ſolamente a Dio, e a ſe ſteſſi, Non è lecito ad alcuno uſcire dalli confini ſtabiliti per il loro Monaſtero. Il Priore ſolamente cō alcun Compagno ha facoltà di andare a procurare le coſe neceſſarie per il ſoſtentamento de' Monaci. Veſtono abito bianco con ſcapulare nero cinto ſopra i lombi, ſimile in tutto a quello de' Monaci Ciſtercienſi.

Di eſſi fece anche menzione Auberto Mireo nella Cronica dell'Ord. Benedettino nel ca 64.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Sacerdos dictus Boni Iesu

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

V.

Sacerdos

BONI JESU

Ravennæ.

HIeronymus Maluſellus, natus in Villa Diœceſis Ravennatenſis, cui nomen Menſa, cum annum vigeſimum quintum ageret, morum corruptelam abominans ad migliorem vitæ frugem ſe recepit, & inter Diſcipulos Venerabilis Virginis Margaretæ Molli connumeratus, adeò ſanctis moribus enituit, ut ab omnibus appellaretur Contemplativus. Hic, ſuadente pia fœmina, Gentili appellata, Margaretæ diſcipula, ejus domum in Templum commutavit, & quamvis inops, ſuſſidiis divinitus receptis domum etiam illi conjunctam extruxit, in qua poſtea ipſe cum aliquibus ſelectis Sacerdotibus commoratus fuit. Illis ſibique vivendi regulas præſcripſit, quas, Deo inſpirante, Margareta dictaverat. Quamobrem Anno 1532. nova Religioſorum Sacerdotum Congregatio exorta eſt cum invocatione boni Jeſu, & S. Margaretæ, ſub Regula S. Auguſtini militantium, quam Paulus III. approbavit, & Pius IV. confirmavit: At cum Anno deindè 1651 ſex tantum ſupra viginti numerarentur, die 22. Junii Innocentius X. hujuſmodi Religionem extinxit, ejuſque bona in Commendam tranſtulit. Illius Alumnos ita deſcripſit Paulus Morigia cap. 64 Ord. Relig. Biretum rutundum capite gerunt, nigra, modeſta, & lanea veſte utuntur, vitæ communis leges ſervant, nihilque tanquam proprium poſſident. Ritum Eccleſiæ Romanæ in ſacris actionibus ſervant, Confeſſiones non audiunt; a Concionibus, & lectionibus publicis ſe abſtinent, Superiorem eligunt, ut ipſi ſpatio unius anni pareant, quòd ſi benè ſe gerat, ad triennium confirmant.

De his etiam Joannes Azorius inſtit. Moral. part. 1. lib. 13. Thomas Garzonus, & Bollandus 23. Januarii. Philippus Zoutæus Soc. Jeſu.

V.

Sacerdote

DEL BUON GESU'

di Ravenna.

GIrolamo Maluſelli, nato nella Villa di Menſa della Dioceſi di Ravenna, in età di 25. anni, convertito a Dio dalla vita diſſoluta, ſi rendè Diſcepolo della Venerabile Margarita Molli, e fattoſi Sacerdote, diventò sì buono, che comunemente era chiamato il Contemplativo. A perſuaſione della Venerabile Matrona, di nome Gentile, diſcepola parimente di Margarita, tramutò in Chieſa la di lei caſa, e benche privo di denaro, ricevè ſuſſidii inaſpettati per la fabbrica, onde aggiunſe una caſa vicino alla Chieſa, nella quale ſi ritirò con altri pii Sacerdoti, alli quali preſcriſſe le Regole dettate da Margarita, a cui fù rivelata da Dio queſta nuova Religione militante ſotto la Regola di S. Agoſtino, e fù chiamata con il titolo del buon Gesù, e di S. Margarita, e da Paolo III. reſtò approvata, e poi confermata da Pio IV. Durò queſta Religione, che fu la prima di Sacerdoti Regolari fino al Pontificato d'Innocenzo X. il quale eſſendo ridotta al numero di ſoli ventiſei Religioſi, con ſua Bolla alli 22. di Giugno nell'Anno 1651. l'eſtinſe, ponendo in Commenda i beni da eſſa poſſeduti. Queſti Sacerdoti ſono così deſcritti da Paolo Morigia nel capo 64. degli Ordini Religioſi. Portano una berretta tonda in capo, vanno veſtiti ſemplicemente di panno nero vivono in commune ſenza poſſedere coſa alcuna di proprio, uſano l'Offizio alla Romana, non confeſſano, nè predicano, nè anche fanno pubbliche Lezzioni, fanno un Priore per un' Anno, e ſe ſi porta bene lo confermano per tre.

Di eſſi ſcriſſero Givanni Azorio Inſtit. Moral. par. 1. lib. 13. Tomaſo Garzoni, il Bollando 23. Gennar. e il Zouteo della Compagnia di Gesù.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

6

Monachus Auellanæ dictus

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

VI.

Monachus Congregat.

S. COLUMBÆ

dictæ de Avellana.

CUm circa annum milleſimum Ludulphus vir nobilis per Appennini iuga iter faceret, ad locum amænum Vallis, quæ ſita eſt in ſilvis inter Montem Caſtriæ, & Corni, ſedit propè fontem, qui ad radices Avellanarum arborum ſcaturiebat, & ſomno captus, voce de Cœlo monitus, ibi Cappellam, & parvam domum erexit in honorem S. Andreæ, deindà à Paſtoribus proditus ad Epiſcopalem Cathedram Eugubinæ Eccleſiæ evectus fuit; Quamobrem Eremus ejus de Avellana dicta ob frequentiam diſcipulorũ in celebre Cœnobium verſa, quod propter Authoris ſimplicitatem titulo Ordinis Columbæ inſignitum fuit, & illum uſque ad tempus Dantis poetæ retinuit. Hæc narravit Fortunius in hiſtor. Camaldulenſi par. 2. lib. 5. cap. 5. Alii Scriptores cum P. Guidone Grandi diſſert. 4. Camald. num. 6. afferunt, Ludulphum diſcipulum fuiſſe S. Romualdi, & ab ipſo eremiticæ diſciplinæ legiebus eruditum, atque in ea ſolitudine S. Romualdum ſeceſſum habiſſe. Ita Joannes Mabillonius præf. ad ſæculum VI. Benedict. Ludulphi ſcholam à pluribus frequentari cœptam eſſe, placito Ioannis Epiſcopi Eugubini affirmat Abbas Iulius Ambroſius Lucenti Ciſtercienſis in lib. *Fulgor Fulgini* inſcripto pag. 102. quæ rudi primum opere initia ſumpſit approbante deindè Sylveſt. II. Rom Pont: in caput Congregationis S. Crucis de Avellana excrevit ſub Regula S. Benedicti, additis conſtitutionibus, quarum aliquas dictavit S. Romualdus. Induebantur Monachi tunica lanea, & alba cum caputio, ſupra quam liberè pendebat ſcapulare: extra domum pallium anguſtum addebant, ſimile illi, quod Laici Camaldulenſes gerunt, ut in icone apparet, quæ adhuc extat depicta in antiqua æde Monachorum Camaldulenſium.

VI.

Monaco della Congreg.

DI S. COLOMBA

detta dell'Avellana.

CIrca l'Anno milleſimo un nobile Uomo, detto Ludolfo, viaggiando per gli Appennini verſo Catria, ſi fermò vicino ad un fonte, quale ſcorreva dalle radici di alberi, detti Avellane, e adormentatoſi, udì una voce, che l'eſſortò a fondare ivi una Cappella in honore di S. Andrea, e aggiuntovi un piccolo tugurio, eleſſe di vivere ivi ſolitario; ma ſcoperto da' Paſtori, e publicata la bontà de' ſuoi coſtumi, fù eletto Veſcovo di Gubbio. Crebbero in quella ſolitudine altri eremiti ſotto la di lui direzzione, e fù denominata la Congregazione dell' Avellana, e per la ſemplicità del ſuo Fondatore fù anche detta, della Colomba. Tuttociò raccontò Fortunio nella Storia Camaldoleſe par. 2. lib. 5. cap. 5. Altri Scrittori con il P. Guido Grandi nella diſert. 4 Camaldoleſe al num. 6. aſſeriſcono, che Ludolfo fù diſcepolo di S. Romualdo, e da eſſo imparò li documenti della vita eremitica, e che lo ſteſſo S. Romualdo viſſe qualche tempo in detta ſolitudine. Il P. Mabilone nella prefazione al ſecolo VI. Benedettino, e il P. Abbate Giulio Ambrogio Lucenti, Ciſtercienſe, nel libro intitolato: *Splendore di Fuligni*, alla pag. 102. dice, che detto Ordine crebbe con l'approvazione di Silveſtro II. Sommo Pontefice, ſotto la Regola di S. Benedetto, e con particolari conſtituzioni, alcune delle quali furono dettate da S Romualdo. Erano queſti Monaci veſtiti di tonaca di lana bianca con capuccio, e ſcapulare ſciolto. Fuori di caſa uſavano un mantello anguſto, ſimile a quello, che oggi portauo li Laici Camaldoleſi, e in un'antico Monaſtero, poſſeduto oggi dalli Monaci Camoldoleſi, ſi trova l'Imagine quì eſpoſta.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Museo Nacional de Antropología
MADRID

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Monachus Auellanę diuerſus

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

VII.

Monachus
AVELLANÆ
diverſus à primo.

CRevit brevi temporis ſpatio hæc Congregatio, de Avellana nuncupata, ut dictum eſt, & plura Monaſteria erecta fuere in Italia, ex quibus Illuſtriſſimi Præſules, & ultrà ſeptuaginta ſanctitate celebres Monachi floruerunt, inter quos celeberrimus colitur S. Albertinus Eugubinæ Eccleſiæ Paſtor. Anno deindè 1393. Bonifacius IX. Romanus Pontifex Monaſterium S. Laurentii in Campo dictum, Abbatibus ſæcularibus commendavit, quorum poſtremus fuit Julius Cardinalis á Ruere, à quo facultate illi data à S.Pio V. Anno 1569. Monachi Avellanæ expulſi ſunt, vocatis in Monaſterium Religioſis Inſtituti Camaldulenſis. Demùm univerſam Avellanenſem Congregationem penitùs abolevit, eò quòd ejus Alumni à primævo fervore degeneres, ſine ulla Regularum directione vitam otioſam traducerent, nec vota Religioſorum propria profiterentur. Utebantur illi veſte uſque ad genua tantùm producta, caputii loco biretum quadratum caput tegebat, & pallium geſtabant coloris hiacinthini, prout in Iconiſmo expoſito apparet. Defuncto deindè Cardinali à Ruere anno 1578. Gregorius XIII. ejus Abbatiæ bona Collegio Germanico, & Hungarico, Romæ erecto, conceſſit, relicta Camaldulenſibus Monaſterii cuſtodia.

De illis ſcripſere Ludovicus Jacobillus to.3. Sanct. Umbriæ. Paulus Morigia de Ord. Relig. lib. 1. cap. 18. Hieronymus Fabri de Ravenna Sacra in Vita S. Petri Damiani.

VII.

Monaco
DELL'AVELLANA
diverſo dal primo.

SI dilatò in breve la Congregazione dell'Avellana, eretta ſotto la Regola di S. Benedetto, e in diverſi luoghi ſi fondarouo molti Monaſterj, quali furono Seminarii di perfetti Veſcovi, e Santi Monaci, de' quali ſe ne contarono ſino al numero di ſettantacinque, principalmente S. Albertino Veſcovo di Gubbio. Papa Bonifacio IX. nel 1393. diede il Monaſtero, detto di S. Lorenzo in Campo, in Commenda ad Abbati ſecolari, tra' quali l'ultimo fù il Cardinale Giulio della Rovere, il quale con facoltà di S. Pio V. nel 1569. rimoſſe li Monaci antichi dell'Avellana, e v'introduſſe li Monaci Camaldoleſi. Il motivo di levarli, e di ſupprimere tutta la Congregazione delli Monaci, i quali abitavano in altri Monaſterii, fù, perche erano decaduti dal primiero Iſtituto, e vivendo ſenza ordine alcuno, nè meno profeſſavano li voti proprii delli Religioſi. In luogo di tonaca portavano una veſte corta fino al ginocchio. in luogo di capuccio uſavano berretta bianca di quattro cantoni, e avevano cambiata la cocolla in un mantello di colore azurro, come ſi vede nella figura preſa da un'antica imagine di eſſi, vivendo ſenz'alcuna Regola di Religioſi. Doppo la morte del Cardinal della Rovere l'anno 1578. Papa Gregorio XIII. applicò li beni di queſt'Abbadia al Collegio Germanico, e Ungarico di Roma, laſciando la cuſtodia del Monaſtero alli Monaci Camaldoleſi.

Di tali Monaci ſcriſſero Ledovico Jacobilli to.3. de' Santi. Paolo Moriggia nella Storia delle Religioni lib. 1. c. 58. Girolamo Fabri nelle Sagre Memorie di Ravenna nella Vita di S. Pier Damiano.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte



Augustinianus Reformatus in Sicilia

Augustinianus Reformatus in Sicilia

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

VIII.
Eremita
AUGUSTINIAN. REFORMATUS
In Sicilia.

VEnerab. P. Andreas, è Vaſto dictus, natione Siculus ob amorem ſolitudinis aliquot annos vitam traduxerat inter Eremitas, qui in Monte, ſito in Diœceſi Catanenſi, vulgo dicto *di Caſtro-Giovanni*, Deo, & ſibi piè vacabant; ſuaſus deindè fuit, ut ſimul cum illis aliquam vivendi Regulam Apoſtolica authoritate confirmatam eligeret, & ad eum finem Romam profectus eſt, ubi à Summo Pont. Ann. 1579. facultatem obtinuit inſtituendi novâ Congregationem Religioſorum, qui ſub Regula S. Auguſtini Conſtitutiones rigidioris vitæ ſervarent, ſed ob multas difficultates exortas, ſuum pium deſideriũ nullo pacto perficere potuit; Quãobrem iterùm Romam petiit, & decreto Sũmi Pontificis Anno 1585. ſancitum eſt, nè ullus illi in poſterum contradiceret. Hac facultate munitus Andreas primum Cœnobiũ erexit in monte apud Urbem, *Centorbi* dictam, ob centum Urbes, quæ antiquitus in vicinis collibus ſitæ erant; Crevit deinè hæc Religioſorum Congregatio, cujus Alumni Anno 1586. vota Religioſorum profeſſi fuerunt, & authoritate Sixti V. inter Religiones adſcripta An. 1557. ità tamen nè ultra fines Siciliæ dilatari poſſet; Vivunt hi Religioſi ſub obedientia Generalis PP. Eremitarum S. Auguſtini, Bona ſtabilia non poſſident, nec eleemoſinas quærunt, culturæ agrorum vacant, ut proprio labore vivant. Ter ſingulis hebdomadis flagris carnem ſuam affligunt, totidemque jejunio, ultrà ea, quæ tempore Adventus, & Quadrageſimæ ſanctè ſervantur; duas horas quotidiè ſacris precibus traducunt, linea veſte non utuntur, ſed lanea nigra valdè aſpera, forma non diſſimili ab ea, qua PP. Auguſtiniani diſcalceati in Italia utuntur; Anno 1727. Ven. P. Andreas eorum Fundator piè ex hac vita migravit, ejuſque corpus adhùc à putredine innocuum ſervatur, & ſumma veneratione Populorum habetur.

De illis mentionem fecit in Monaſtico Auguſtiniano P. Nicolaus Cruſentius part. 3. cap. 42. & P. Fulgentius è Cacamo in Vita P. Andreæ Penormi impreſſa Anno 1677.

VIII.
Eremita
AGOSTINIANO RIFORMATO
in Sicilia.

IL Ven. P. Andrea del Guaſto Siciliano, il quale per amore della ſolitudine ſi ritirò a vivere frà gl'Eremiti in un monte nella Dioceſi di Cattania preſſo la Città di S. Filippo d'Argirione, detto di Caſtro-Giovanni, conſigliato a renderſi Religioſo, eleſſe di vivere ſotto la Regola di Sant'Agoſtino, ed andato a Roma ottenne dal Papa, e dal Protettore della Religione licenza nel 1579. di fondare una nuova Congreg. riformata; ma tornato in Sicilia per molte oppoſizioni inſorte non potè porre in eſecuzione il ſuo deſiderio; che perciò ritornò a Roma nel 1585. e ottenne ordini di non eſſere moleſtato; onde con dodici altri Compagni fondò il primo Convento nel monte di Centorbi, da cui preſero il nome, e furono detti Eremiti di Centorbi, la quale denominazione deriva dalla voce *Centum Urbes*, per cento Cittadelle, che ſono diviſe nelle colline vicine. Queſti Religioſi ſi diſtinguono dalli Frati Eremitani riformati d'Italia, e ſono detti Riformati di Sicilia. Invitati molti dall'eſempio delle loro Virtù ſi fondorono altri Conventi fino al numero di dicidotto, ne' quali vivono in commune, e da' Penitenti. Nell' Anno 1586. fecero la Profeſſione ſolenne delli Voti Religioſi, e furono ſtabilite Coſtituzioni, e reſtò approvata la Religione nel 1587. e Siſto V. diede facoltà di fondare altri Conventi. Nell' Anno poi 1617. Pavolo V. la confermò con ordine di non dilatarſi fuori della Sicilia. Queſti Religioſi non poſsiedono beni ſtabili, nè cercano elemoſina, ma con il travaglio ſi provedono di vitto, e veſtito; attendono perciò all'agricoltura; fanno tre volte la ſettimana la diſciplina, e tre volte digiunano oltre li digiuni dell'Avvento, e Quareſima; per due ore il giorno attendono all'orazione, non uſano lino, ma panno di lana, detto Arbagio, poco difsimile dal cilizio di color nero, e uſano ſcalzi le pianelle. Morì il Vener. loro Fondatore nel 1627. e ſi conſerva il di lui corpo incorrotto con molta venerazione.

Scriſſe la di lui Vita il P. Fulgentio di Cacamo Vice Gen. di detta Religione ſtampata in Palermo 1677. *il Nic. Cruſ. nel Mon. Agoſt. par.* 3. *cap.* 42.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Eremita in Monte Luco

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

IX

Eremita

DE MONTE LUCO.

MOns eſt parum diſtans ab Urbe Spoletana, vulgò dictus *Monte Luco*, in quo Eremitarum Congregatio commoratue antiquiſſima. Ejus originem D. Joanni Antiocheno tribuunt, poſtquam in Italiam profectus Urbis Spoletanę paſtorali curę addictus, circà annum à partu Virginis trecenteſimum à S. Cajo Sum. Pont. circà ann. 304. ſub Maximiano Imp. martyrii palmam adeptus fuit. Singuli hujus Congregationis Alumni ſolitarii vivunt, more Eremitarum Camaldulenſ. in cellulis, à cęteris ſeparatis; uni tamen ſubjiciuntur, quem Priorem vocant, & ſingulis annis plurimorum ſuffragiis eligunt, ut mos eſt ferè omnium Religioſorum Congregationum. Aliqui eorum Sacerdotali charactere ſunt inſigniti, & vocantur Patres, cœteri verò Fratres dicuntur. Veſte utuntur coloris muſtelini, ejus ferè formæ, quam geſtant Religioſi à S. Franciſco de Paula Inſtituti. Antequam in Congregationem admittantur, ſpatio unius anni Tyronũ munia exercent, poſt quem ſui oblationem devotè enunciant, non tamen vota Religioſorum profitentur; quamobrem licet ſingulis, venia à Superiore petita, à ſolitudine recedere. Bona poſſident in communi, quibus aluntur. Diurnas horas partim in oratione mentali, precibuſque traducunt, partim in corporalibus exercitationibus inſumunt. Aliqui diſcalceati incedunt, aliqui calceis, vel ſoccis pro libito utuntur. & pileum capite geſtant, ſi lubet.

De his Jacobillus in Vita S. Franc. de Paul. Leoncillus, & Campellus in hiſt. Spoleti.

IX

Eremita

DI MONTE LUCO.

IN un Monte, poco diſtante dalla Città di Spoleti, detto Monte Luco, vivono alcuni Romiti, i quali riconoſcono la loro inſtituzione da S. Giovanni, nativo di Antiochia, il quale venuto in Italia fù creato Veſcovo di Spoleti da S. Cajo Papa circa l'anno 300. e fù martirizzato ſotto Maſſimiano nell'an. 304. Ciaſcuno di eſſi vive ritirato in alcune Celle, ſeparate l'una dall'altra, conforme quelle degli Eremiti Camaldoleſi; riconoſcono però, e dipendono da un Capo, detto Priore, e queſto ſi elegge ogni anno con voti ſegreti, conforme ſi coſtuma nelle Religioni. Sono diſtinti in Sacerdoti, chiamati con il titolo di Padri, e in Laici, che ſi dicono Frati. L'abito loro è ſimile a quello delli Frati di S. Franceſco di Paola di colore di cannella ſcura. Doppo haverlo preſo con conſenſo del Priore fanno detti Romiti un'anno di Noviziato, doppo il quale ſono ammeſſi nella Congregazione con un'oblazione di ſe ſteſſi, ma ſenza voti, onde poſſono uſcire, ed eſſer da quella licenziati. Le loro occupazioni ſono varie, poiche doppo le ore determinate per gli Eſercizii ſpirituali di orazione ſi occupano in lavori manuali, ſecondo il genio, e abilità di ciaſcuno. Poſſono poſſedere beni ſtabili, e ciò, che da eſſi ſi raccoglie, s' impiega nel mantenimento comune. Alcuni vanno ſcalzi, altri uſano ſcarpe, overo zoccoli, e uſcendo dal Romitorio, ſogliono portare in teſta il cappello.

Di eſſi ſcriſſe il Jacobilli nella Vita di S. Franceſco di Paola. Il Leoncilli, e Campelli nell'Iſtoria di Spoleti.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Sacerdos oblatus S. Ambrosij

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

X

Sacerdotes dicti
OBLATI S. AMBROSII.

SAnctus Carolus Borromæus, Mediolanenſis Archiepiſcop. cupidus fidem ſanctam propagandi, & ſtudio Religionis fovendæ ſollicitus, Congregationem piorum Sacerdotum excogitavit, qui Juventuti in Seminariis præeſſent, atque in tota, & perampla Mediolanenſi Diœceſi tanquam Adminiſtri virtute, doctrina, & omni animi ſtudio pia opera ad Dei gloriam promoverent. Quamobrem anno 1578. aliquot Sacerdotibus ſelectis Congregationem inſtituit ſub titulo Oblatorum S. Ambroſii, eamque patrocinio SS. Deiparæ enixis precibus commendavit. Hunc cœtum Gregorius XIII. primus approbavit, dotavitque privilegiis, deindè bona illi tradidit, quæ humiliatorum Religio, à B. Pio V. extincta, poſſidebat. Templum à S. Sepulchro dictum cum adjacentibus domibus S. Carolus eidem tradidit, & Conſtitutiones in poſterum ſervandas præſcripſit. Votum obedientiæ profitentur Archiepiſcopo Mediolanenſi, cui auxiliũ præſtant in viſitationibus Eccleſiarum, in Cathechiſmi explicatione, in regimine piarum Sodalitatum, & Clericorum, qui in Seminariis aluntur. Piis etiam exercitationibus dant operam in Oratoriis, ſicuti Sacerdotes Oratorii à S. Philippo Nerio erectis, nec ab illis differunt in veſte lanea nigra, quam geſtant. In plures claſſes dividuntur, quarum alrera Mediolani degit, aliæ verò in locis ad Diœceſim pertinentibus: ſingulis claſſibus, quæ conſortia appellantur unus ex illis præeſt, & omnes uni Generali Præpoſito ſubjiciuntur. Singulis menſibus Sacerdotes cujuſque claſſis conveniunt, ut Regulas perlegant, eaſque in praxim reducendi methodum excogitant; Filiorum nomine S.Carolus hos Sacerdotes vocabat, eiſque miniſtrabat cum morbo laborarent. Alios etiam præter Sacerdotes enumerat hæc Oblatorum Congregatio, qui proprias domos incolunt, ſuam tamen operam egregiè impendunt in Gymnaſiis, in quibus Catholicæ Fidei documenta rudibus explicantur.

Hæc omnia excerpta ſunt è Vita S.Caroli à Jo: Petro Giuſſano deſcripta.

X

Sacerdoti detti
OBLATI DI S. AMBROGIO.

IL S. Arciveſc. di Milano Carlo Borromeo per mantenere la buona diſciplina nella ſua Dioceſi, e nelli Seminarii da lui fondati, riſolvè di eriggere una Congregazione di Preti ſecolari, i quali come ſuoi Miniſtri lo ajutaſſero nel governo della ſua Chieſa; ſcelſe però alcuni Eccleſiaſtici, e nell'anno 1578. diede principio ad una Congregazione ſotto la protezione della SS. Vergine, dando loro il titolo d'Oblati di S.Ambrogio, che poi fù approvata da Greg. XIII. ed arricchita di privilegii, e furono applicate al mantenimento di eſſi alcune entrate, poſſedute dalla Religione degli Umiliati affatto eſtinta dal S.Pontefice Pio V. Aſſegnò S.Carlo alli medeſimi la Chieſa, detta del S. Sepolcro, con le ſue caſe contigue. Molti poi ſi aggregorono a queſta Congregazione, a cui S.Carlo diede Regole per il buon governo, regiſtrate negli atti della Chieſa di Milano. Gl'Alunni di eſſa fanno voto ſemplice di obedienza all'Arciveſcovo nell'ingreſſo della Congregazione. Ajutano perciò il loro Paſtore nelle viſite della Dioceſi, nell'aver cura de' Seminarii, nell'inſiſtere agl'inſegnamenti della Dottrina Criſtiana, e ſimili. Hanno Oratorii come i Sacerdoti di S. Filippo; ſi dividono in ſei claſſi, dette Conſortii, due ſono nella Città, e quattro nella Dioceſi, e ciaſcuna hà un Prepoſito, & un Prefetto ſpirituale, e ſi congregano aſſieme gli Oblati di ciaſcun Conſortio una volta il meſe con l'intervento del Prepoſito Generale, o almeno del Prepoſito di quel Conſortio, e ſi leggono le Regole, e ſi conſultano i modi per bene oſſervarle. S.Carlo chiamava queſti Oblati con il nome di figliuoli, li viſitava ſpeſſo, e li ſerviva, ſe erano infermi. Ammiſe anche il Santo a queſta Congregazione Uomini laici con regole particolari, li quali abitano nelle proprie Caſe, e s'impiegano in molte opere pie, maſsime nel promovere le Scuole della Dòttrina Criſtiana. Gli Oblati congregati ſono dell'ordine clericale, e veſtono come i Sacerdoti modeſtamente di ſaja.

Tutto ciò ſi è preſo dalla Vita di S. Carlo ſcritta da Gio: Pietro Giuſſano.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Museo Nacional de Antropología
MADRID

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Sacerdos Congregationis S. Joseph

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

XI
Congregatio Sacerdotum ſub titulo
S. J O S E P H.

ANno 1636. ſeptem numero Sacerdotes, quorum nomina erant Pompejus Angeluccius, Paulus Mercatus, Angelus Rocchi, Joannes Donatus, Jo: Paulus Corazzanus, Franciſcus Gentilis, & Auguſtinus Peronus, adſcripti inter ſodales Congregationis erectæ à Paulo Motta piiſsimo Sacerdote Romano in Oratorio, proximo Templo, SS. Laurentio & Damaſo ſacro, ſub titulo Virginis Purificatæ. Paulo V. approbatæ anno 1620. fundamenta poſuerunt Congregationis piorum Sacerdotum ſub invocatione S. Joſeph, quorum ſtudia in ſalute proximorum procuranda impenderetut. Illam approbavit Innocentius X. ſuo diplomate: *Cùm autem Nobis*, anno 1649. & ad hunc finem Templum S Pantaleonis cum domibus propinquis, quas Monaci Baſiliani coluerunt, coemerunt, Clemente IX. approbante anno 1669. ſuo diplomate in forma Brevis: *Exponi Nobis*, declaravitque illas in perpetuum poſsidendas fore à dicta Congregatione Sacerdotum conviventium, quorum ſinguli ad quodlibet munus exercendum eſſent idonei. Conſtitutionas ſibi præſcriptas P. Marius Soccinus ex Congregatione Oratorii S. Philippi Nerii diſpoſuit, & Innocentius XI. anno 1684. confirmavit, ſecernendo ab ipſis ſodales non conviventes, qui tamen ſub directione eorum in loco ſeparato piis exercitationibus vacarent; Eorum ſtudia ſunt, Orationibus mentalibus, & vocalibus aliquot horas quotidiè impendere, pluries in hebdomada flagris carnem ſuam macerare, Doctrina Chriſtiana Rudes imbuere, Ægrotos viſitare, Sacramenta Pœnitentiæ, & Euchariſtiæ miniſtrare; & quamvis votis non adſtricti, Religioſorum tamen more vivunt, veſte utuntur illi non abſimili, quam geſtant Sacerdotes Oratorii S. Philippi Nerii, cujus documenta ſequuntur.

Hæc omnia ex Brevibus Pontificiis, & voce Moderatoris ejuſdem Congregationis.

XI
Sacerdote della Congregazione
DI S. GIUSEPPE.

ERa in Roma in una Chieſa preſſo S. Lorenzo in Damaſo una Congregazione con titolo della Purificazione, fondata dal P. Paolo Motta Sacerdote Romano, molto illuminato da Dio, e approvata da Paolo V. nel 1620. Sette Sacerdoti in eſſa aſcritti, cioè Pompeo Angelucci, Paolo Mercati, Paolo Rocchi, Giovanni Donati, Gio: Paolo Corazzano, Franceſco Gentile, e Agoſtino Peroni riſolverono di formarne una di Sacerdoti, conviventi ſotto il titolo di S. Giuſeppe, la quale fù approvata nel 1649. da Innocenzo X. con ſuo Breve. A queſto fine comprorono la Chieſa nel Rione de'Monti, con caſe a quella vicine, ove prima avevano abitato Monaci Baſiliani, e detta compra fù approvata nel 1669 col Breve *Exponi Nobis*, da Clemente IX. onde reſtorono in proprietà della Congregazione di tali Sacerdoti conviventi, tutti abili a qualſivoglia miniſtero Eccleſiaſtico. Per meglio ſtabilirla furono formate Regole da oſſervarſi con la direzzione del P. Marco Soccini, Sacerdote dell'Oratorio di S Filippo Neri, dell'Inſtituto di cui ſono ottimi Imitatori; e perche erano aſcritti alla loro Congregazione molti altri, non conviventi con eſsi; Innocenzo XI. nel 1684 con Breve *Ex injuncto* confermò le Regole ſtabilite, ed eſcluſe tutti gli aſcritti non conviventi, permettendo loro ſolamente, che ſotto la direzione d'uno convivente attendeſſero a' pii eſercizii in un' Oratorio per ciò deputato. Le occupazioni di queſti pii, e zelanti Sacerdoti ſono l'Orazione mentale, e vocale, alcune volte fra la Settimana macerarſi con diſcipline, udire le Confeſsioni, ſpiegare la Dottrina Criſtiana, viſitare gli Oſpedali, e benche non legati con voti, vivono come perfetti Religioſi in abito Eccleſiaſtico, e modeſto, ſecondo gl'ammaeſtramenti di S. Filippo Neri, di cui ſono imitatori.

Tutto ciò è cavato dalli Brevi Pontificii, e riſaputo dal Superiore della medeſima Congregazione.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Sacerdos Doctrinæ Christianę

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

XII
Sacerdotes dicti
DOCTRINÆ CHRISTIANÆ.

Tempore Pii V. Sum. Pont. aliquot pii, & docti Sacerdotes, ſub directione Henrici Petræ, ſocii S. Philippi Nerii in domo D. Hieronymi, à Charitate appellata, rudes homines Chriſtianæ Fidei documentis imbuere ſtuduerunt. Inter eos Cæſar Baronius, qui poſteà inter S.R.E Purpuratos à Clem VIII. fuit adſcriptus, hoc pium opus primùm in Templo D. Appollinari ſacro exercuit; nec in Urbe tantùm, ſed per campos, & loca, ab Urbe parùm diſtantia diſcurrebat, ut pauperes, & pueros præcipuè erudiret. Aliquot ex illis vitam communẽ in quadam domo elegerunt, qua de cauſa S. Pius V. aliqua privilegia iiſdem contulit, & Greg. XIII. domum donavit cum Templo D. Agathæ in regione Tranſtiberina dicato. Cùm autem augeretur quotidiè horum Sacerdotum numerus, Clemens VIII. an. 1605. Protectorem eorum declaravit Card. Alexandrum Mediceum, qui poſteà ad Sum. Pontific. evectus fuit ſub nomine Leonis XI. facultatemque eis tribuit, ut uni eorum tanquam Præpoſito ſubjicerentur. Ut autem eandem rationem docendi Chriſtiana dogmata ſinguli tenerent, Clem. VIII. imperavit P. Roberto Bellarmino Soc. Jeſu, deindè S.R.E Purpurato Principi, ut in libello compendioſè recenſeret quidquid rudes pueri poſſent edoceri circà fidei documenta, juſſitque illum ubique imprimi, & publicari, nec adhiberi ab ullo poſſe in tota S.R.E. ditione aliam methodum in docendo Chriſtianæ Fidei axiomata. Communis vitæ legibus hi Sacerdotes ſubjiciuntur, docentque in Scholis, nulla mercede accepta, pauperes pueros; Confeſſiones pœnitentium excipiunt, Sacramentum Euchariſtiæ adminiſtrant, & ſingulis diebus Dominicis, feriis 4. & Sabbatis Roſarium B. Virg. cum Populo alta voce in Templo recitant; Conſtitut. proprias ſervant, quas Clem. VIII. confirmavit, ſicut Paulus V. privilegia ab aliis Pontificibus conceſſa. Juramento ſe obſtringunt in ea Congreg. perpetuò vivendi, & cujus ſolutionem ſolo Rom. Pontif. reſervari decrevit Greg. XV. quòd ſi ab ea ſine Pontificia facultate diſcedant, pœnas Apoſtatarum eis deberi Urban. VIII. declaravit. Veſte utuntur nigra qua Sacerdotes communiter induuntur.

Ex Bul. Sacer. Doct. Chriſt. impreſſ. an. 1604.
Ex Bul. Clem. VIII. 29. *Decemb.* 1596.

XII
Sacerdoti detti
DELLA DOTTRINA CRISTIANA.

Nel tempo di Pio V. Sommo Pontefice alcuni Pii, e dotti Sacerdoti cominciorno ad ammaeſtrare il Popolo nella Dottrina Criſtiana ſotto la direzzione di Enrico Pietra, Sacerdote di San Girolamo della Carità, e compagno di San Filippo Neri. Diedero principio a queſto eſercizio nella Chieſa di Sant'Appollinare, e uno di eſsi fù Ceſare Baronio, creato poi Cardinale da Papa Clemente VIII. e andavano anche per li campi, e Caſtelli nel contorno di Roma. Eleſſero poi di vivere in comune, onde il Santo Pio V. concedè loro molte grazie, e Gregorio XIII. donò la Chieſa di Sant'Agata, e caſe vicine in Traſtevere; e perche creſceva queſta pia Adunanza, fù chieſto à Clemente VIII. nel 1605. un Protettore, e fù il Cardinale Aleſſandro Medici, aſſunto al Pontificato col nome di Leone XI. Fù anche eletto uno di eſsi per Superiore di tutti; e Clemente VIII. ordinò al P. Roberto Bellarmino della Compagnia di Gieſù, fatto poi Cardinale, che compilaſſe un Sommario di tutto ciò, che era neceſſario di ſaperſi da un Criſtiano, accioche s'inſegnaſſe alle perſone idiote, e detto Sommario fù publicato con proibizione, che non ſi poteſſe adoperare altro modo d'inſegnare la Dottrina Criſtiana in tutto lo Stato della Chieſa. Vivono queſti Sacerdoti in comune, e tengono Scuole di Fanciulli, e inſegnano ſenza prendere alcuna mercede. Attendono alle Confeſsioni, e Communioni, e nelle Domeniche, Mercordì, e Sabbato fanno recitare nelle loro Chieſe il Roſario della Beatiſsima Vergine. Hanno Conſtituzioni proprie confermate da Clemente VIII. Paolo V. confermò i loro privilegii. Gregorio XV. riſervò il giuramento, che fanno di vivere ſempre in detta Congregazione al ſolo Romano Pontefice, e Urbano VIII. decretò le medeſime pene degli Apoſtati per chi uſciſſe da eſſa ſenza licenza. L'abito è nero, e talare, come quello uſato da'modeſti Sacerdoti.

Dalla Conſtit. Sacerd. della Dottrina Criſtiana impreſſa l'anno 1604. *Dalla Bolla di Clemente VIII. a'* 29. *Decembre* 1596.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Sacerdos in Xenodochio SS. Trinitatis

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

XIII

Congregatio Sacerdotum in Hoſpitio Peregrinorum SS. TRINITATIS dicto Romæ.

INter pia charitatis opera, quæ Romæ exercentur, præclara ſunt, quæ S. Philippus Nerius excogitavit in bonum pauperum Peregrinorum, qui longa itinera ſuſceperunt, ut ſacra Urbis loca viſitarent. Ut igitur in celeberrimo Sanctiſsimæ Trinitatis Xenodochio melius hoſpitarentur, anno 1675. decreta fuit Congregatio piorum Sacerdotum, qui ſe ipſos, ſuoſque labores in bonum pauperum exterorum manciparent. Regulæ ad hunc finem præſcriptæ fuerunt à P. Mariano Soccino ad mentem S. Philippi Nerii, cujus Congregationis erat Alumnus, zelo, & pietate præclarus, atque anno 1692. initium habuit duodecim Sacerdotibus illi adſcriptis, qui tamen nullo emiſſo voto Eminentiſsimi Cardinalis Protectoris juſſa exequerentur, ſicuti Illuſtriſsimi Primicerii, & Superioris à Congregatione electi. Unus enim ex eis cęteris præficitur, alius Peregrinorum curam ſuſcipit, alius Convaleſcentium, alius Templi curam habet, ac Sacrarii, alius Cœremoniarum Magiſter deligitur, unus Confeſsiones excipit; cęteri denique vel Oratorii curam, vel errores corrigendi ſtudium, vel miniſterium in rebus temporalibus procurandis ſuſcipiunt. Cùm menſæ cibos ſumunt, dubia circà mores proponunt; Peregrinorum menſam benedicunt, eiſdem pedes lavant, cùm primò in Hoſpitium admittuntur. Poſt cœnam ad Templum eos ducunt, ut Deo gratias agant; ad cubilia denique ſociant, & per viam ſacras preces concinunt. Veſte induti vivunt, ut Sacerdotes de Oratorio dicti, à S. Philippo Nerio inſtituto, & ubique præclara modeſtiæ, & charitatis exempla præbent.

De illis ſcripſit Abbas Carolus Bartholomæus Piazza de Operibus piis Romæ tract. 10. *cap.* 25.

XIII

Congregazione di Sacerdoti nell' Oſpizio DELLA SS. TRINITA' de' Pellegrini di Roma.

TRà le opere pie in Roma celebre è l'Oſpedale, ove ſi ricettano Pellegrini poveri, quali da tutte le parti del Mondo vengono per viſitare i ſanti Luoghi di eſſa. Or perche meglio foſſero ſerviti, fù nel 1675. ſtabilito di fondare una Congregazione d'ottimi Sacerdoti, quali s'impiegaſſero in aſsiſtere a detti Pellegrini, e foſſero proveduti di vitto, e veſtito, che perciò furono ſtabilite Regole con la direzione del P. Mariano Soccini, Prete dell'Oratorio di S. Filippo, Uomo di molta virtù, e prudenza, ſecondo l'Idea di S. Filippo, e nel 1692. ſi diede principio con l'elezioni di dodici Sacerdoti, alli quali ſi deſtinò abitazione congrua, e fù preſcritta la veſte ſimile a quella delli Padri, detti dell'Oratorio di S. Filippo, il quale fù il primo Autore di quella celebre opera di carità Criſtiana. Dipendono queſti Sacerdoti dal Cardinale Protettore, da Monſign. Primicerio, e da un Superiore eletto fra eſsi. Eſercitano officii in prò dell'Oſpedale, e della Chieſa. Ogni tre anni ſi elegge oltre il Superiore un Prefetto delli Pellegrini, uno della Chieſa, e Sagreſtia, uno per Maeſtro delle Cerimonie ſagre, un Confeſſore della Congregazione, uno ch' aſsiſte nell'Oratorio, un' Infermiero, e un Miniſtro per la menſa; mentre mangiano, propongono dubii morali, e di S. Scrittura, benedicono la menſa de' Pellegrini, e la prima ſera lavano loro i piedi, gl'inſtruiſcono per la Confeſsione, e pongono i cibi, quando mangiano; dopo cena li conducono in Chieſa, e al Dormitorio, cantando preci per la ſtrada. La mattina odono le Confeſsioni, e inſtrurſcono li Pellegrini per ben fare i loro Pellegrinaggi. In Chieſa fanno riſplendere la divozione con l'oſſervanza de' ſagri Riti, e cerimonie Eccleſiaſtiche.

Di eſſi ſcriſſe l'Abbate Piazza nelle Opere pie di Roma tratt. 10. *cap.* 25.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Eremita prope Portam Angelicam Romę

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Eremitæ Propè PORTAM ANGELICAM Romæ.

ROmæ juxtà Portam, quam Angelicam dicunt, domus eſt, in qua aliqui Eremitæ commorantur, de quibus hæc ſcripſit Fanuccius. Anno 1588. quidam natione Calaber. nomine Albentius Rubeus, poſtquàm aliquorum annorum ſpatio eleemoſinas quæritaſſet, ut puellæ alerentur in Cœnobio, quod vulgò dicitur de Funariis, domum erexit, in qua Eremitas Romam petentes excipiebat, ac præcipuè infirmos, ut à morbis curarentur. Ad hoc Chriſtianæ pietatis opus ſocios elegit, qui per Urbem eleemoſinas colligebant, paſsim hæc verba pronunciantes: *Operemur bonum, dum tempus habemus*. Alba tunica, è craſsiori lana induti, pedibus nudis, & capite detecto incedebant; ſingulis diebus Litanias cum aliis precibus ſimul congregati recitabant in ſacra Ædicula, quam propè domum conſtruxerant cum titulo Aſcenſionis Domini. Crevit deindè hæc pia Societas, cui multi adſcripti fuerunt; adauctæ etiam fuerunt eleemoſinæ ob miracula, quæ Beatiſsima Virgo dignata fuit oſtendere in Imagine, quam idem Albentius à Palæſtina ſecum detulerat, & ſacra æde in ejus honorem extructa, illi nomen Beatiſsimæ Virginis Gratiarum impoſuit. Communis vitæ leges ſervat hæc Eremitarum Congregatio ſub protectione S.R.E. Purpurati, & uni eorum in Superiorem electo ſubjiciuntur, non tamen votis Religioſorum obſtricti. Singulis diebus tredecim Pauperibus alimenta ſubminiſtrant. Aſcenſionis feſtum ſolemniter ſingulis annis celebrant, ſicuti etiam die 11. Junii memoriam primæ expoſitionis Imaginis Beatiſsimæ Virginis, quam in eo Templo venerantur. Lanea alba, & brevi tunica amiciuntur cum pallio pariter brevi; Tibias ſine caligis habent, ſed ſandaliis munitas, & caput pileo albo defenſum.

De illis ſcripſit Fanuccius. Abbas Carolus Piazza de piis Operibus cap. 10. *& Michael Angelus Rubeus in deſcript. Romæ.*

XIV

Eremiti Vicini alla PORTA ANGELICA di Roma.

IN Roma è un Convento di Eremiti, de' quali così ſcriſſe il Fanucci all'ann. 1588. Un certo Albenzio Roſsi, Calabreſe, doppo avere per lungo tempo cercata eleemoſina per le Zitelle del Monaſtero di S. Catarina, detto de' Funari, fondò con le limoſine preſſo Porta Angelica un piccolo Spedale, ove riceveva li poveri Romiti foraſtieri per ſervirli, principalmente nelle loro infermità, e per ajuto eleſſe altri Compagni, quali cercaſſero limoſine, dicendo: *Facciamo bene adeſſo, che abbiamo tempo*. Veſtivano panno groſſo di lana bianca ſcalzi, e ſcoperti nel capo. Appreſſo detto edificio era una Chieſetta, ſotto il titolo dell'Aſcenſione, in cui ogni ſera eſſo con li Compagni dicevano le Litanie, e diverſe orazioni. Vedendoſi queſta opera pia, crebbe la Congregazione, e ſenza profeſſare voti di Religioſi, veſtirono molti l'abito di tali Romiti. Si compiacque poi la Beatiſsima Vergine di approvarla nell'anno 1618. alli 11. di Giugno facendo molti miracoli in una ſua Imagine, che portata aveva il medeſimo Albenzio da Terra Santa nell'anno 1587. onde creſcendo la divozione del Popolo, crebbero le limoſine in modo, che ſi potè fabricare una nobile Chieſa, come oggi ſi vede, detta della Madonna delle Grazie. Vivono detti Romiti con vita commune ſotto la protezione d'un Cardinale, e mantengono la conſuetudine di alimentare ogni giorno tredici Poveri. Celebrano la feſta dell'Aſcenſione, ſiccome la memoria della prima eſpoſizione della miracoloſa Imagine della Madre di Dio, fatta alli 11. di Giugno, e ſi mantiene la Chieſa con molta divozione, e ſplendore. L'abito è bianco, corto ſino a mezza gamba, ſenza calzette, uſano, o ſcarpe, o ſandali, hanno un mantello corto, e in capo il cappello parimente bianco.

Di eſſi ſcriſſe il Fanucci. L'Abbate Carlo Piazza delle Opere pie di Roma cap. 10. *e Michel'Angelo de' Roſſi in Roma moderna.*

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Sanctimonialis S. Hilarionis

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

XV.

Monialis

S. HILARIONIS

Sanctus Hilarion ortus in Paleſtina, cùm haberet Parentes Idolis deditos, audiens nomen B. Antonii, perrexit ad Eremum, illum agnoſcendi cupidus, & ab eodem vivendi rationem didicit. Domum deindè reverſus, mortuis Parentibus ſua bona Pauperibus diſtribuit, iterumque in ſolitudinem rediit, ubi extructo exiguo tugurio, quod vix ipſum caperet, humi cubabat, & ſaccum, quo ſemel induit, nunquã aut lavit, aut mutavit; demum octogeſimum agens annum, multis ædificatis Anacoretarum Monaſteriis, clarus miraculis ſpiritum Deo reddidit. Poſteà circà ann. 325. Virgo celeberrima, Maria nomine, Hilarionem imitata, Virginum Monaſteria excitavit, quibus vitæ anachoreticę regulas præſcripſit. De illa fit mentio in Annalibus Carmelitarum à P. Joanne Baptiſta Lezzana ſcriptis ad annum 326. nu. 16. his verbis: Occurrit etiam memoria Virginum ſacrarum Monaſterii S. Sepulchri Hieroſolymitani à D. Helena erecti, in quo fuit Maria, Mater, & Prioriſſa. Quãvis autem de ipſa pauca in hiſtoriis reperiantur, nihilominùs ſanctimoniæ claritudine inſignem fuiſſe, vel ex eo coniicitur, quod à piiſſima Helena præ aliis huic Monaſterio Mater data fuerit; Ex antiqua Imagine illius indumentũ expoſuit Pater Ludovicus Beurrier in ſuo Catalogo Virginum Pariſiis impreſſio anno 1661. num. 12. Tunicam gerit non valdè productam griſei coloris, & pallium breve coloris muſtelini. Caput velamine nigro tegitur, circà frontem faſcia alba præcincto.

XV.

Monaca

DI S. ILARIONE

Avendo udita S. Ilarione in Paleſtina, ove era nato la fama del grande Antonio, il quale viveva in ſolitudine, e avendo li Genitori idolatri, partì dalla Caſa paterna per conoſcere in Egitto quel Santo Anacoreta. Ivi oſſervato il modo del di lui vivere, tornò alla caſa paterna, e morti li Genitori, diſpensò alli Poveri tutte le ſue facoltà, elegendo di vivere nella ſolitudine, ove abitò in un piccolo tugurio, dormendo sù la nuda terra, nè mai ſi ſpogliò del primo abito, nè mai lo lavò. Giunto all' età di 80. anni dopo avere inſtituiti molti Monaſterii di Anacoreti, chiaro per i miracoli, ſi riposò nel Signore. Ad imitazione di lui una celebre Donzella, chiamata Maria, circa l'anno 325. promoſſe l'Iſtituto di Vergini ſolitarie, dando loro regole uniformi a quelle di S. Ilarione. Di eſſa ſe ne fà menzione negli Annali dell' Ordine antichiſſimo Carmelitano dal P. Gio. Battiſta Lezzana all'anno 326. num. 16. dicendoſi, che circa detto tempo ſi fà memoria d'un Monaſtero, detto del S. Sepolcro, in Geruſalemme, edificato dalla S. Imperatrice Elena, in cui fù collocata per Superiora Maria; benche poco ſi trovi riferito di eſſa negli Annali. Si sà però, che fù Madre, e Inſtitutrice di molte Monache. Il P. Ludovico Beurrier nel ſuo Catalogo di Vergini, ſtampato in Parigi nel 1660. al nu. 12. ne produſſe un' antica Imagine, in cui ſi vede una tonaca, non però lunga, fino a' piedi, di colore grigio, e un Mantello corto chiuſo, di colore lionanato. Il capo è coperto d'un pãno nero, cinto ſopra la fronte con faſcia bianca.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte



Monialis Solitaria in Egypto

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

XVI.

Sanctimonialis

IN ÆGYPTO.

Difficile dictu eſt quàm ingens numerus Anachoretarum fuerit, qui ex omni hominum ſtatu, abdicatis omnium rerum temporalium curis, exemplo D. Antonii Abbatis in ſolitudine vitam duxerunt, ut ſoli Deo vacarent; Nec tantùm ex Virorum cœtu, ſed Fęminarum etiam quamplurimæ illum imitatæ fuerunt, poſtquam celeberrima Virgo Syncletica in Tebaidem migraverat, vaſtam Ægypti Regionem, ubi Monaſteria Virginum inſtituit, in quibus à commercio Virorum ſegregatæ, vivendi normam, quam D. Antonius Viris præſcripſerat, omninò ſervabant. Circà annum 318. illam vixiſſe pro comperto habemus; ejus tamen facta in antiquis Annalibus non referuntur, exceptis aliquibus dictis, relatis in Sylva Anachoretica Ægypti, ac Paleſtinæ, quæ Antuerpiæ impreſſa fuit ab Abrahamo Bloemaert, ex qua accepimus ejus imaginem, hìc ſubjectam, quæ tunicam gerit coloris leonini, ſuprà quam pallium nigrum, ab humeris ad talos uſquè dependet collo alligatum, caput verò & humeri albo panno conteguntur.

Ex Catalogo P. Ludovici Beurrier num. 28.

XVI.

Monaca

DI EGITTO.

FU' grande il numero degli Anacoreti, i quali abitorono le ſolitudini dell'Egitto, dopo che S. Antonio con il ſuo eſſempio, e con le ſue regole di vivere ſantamente induſſe ogni qualità di Perſone ad abbandonare il Mondo, per vivere ſolamente a Dio; Nè ſolamente furono gli Uomini, da' quali fù imitato, mà anche gran numero di Donne, dopo che la S. Vergine Sincletica, ritirataſi nel deſerto della Tebaide, parte del vaſto Regno di Egitto, iſtituì un Monaſtero di Vergini romite, delle quali fù Madre, e Superiora, guidandole per la via retta del Cielo con le Regole medeſime da S. Antonio preſcritte. Viſſe queſta S. Vergine circa l' anno del Signore 318. e per il lungo decorſo del tempo non è rimaſta nelle Iſtorie, ſe non che la memoria d'alcuni ſuoi detti, regiſtrati nella Selva Anacoretica di Egitto, e Paleſtina, ſtampata in Anverſa da Abramo Bloemaert, ove ſi eſpone l' Imagine di eſſa, veſtita di un' abito di color leonino, e con un lungo mantello nero chiuſo nel collo. Il capo, e le ſpalle ſono coperte da un panno bianco, come appariſce nella figura da noi addotta.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Monialis Cisterciensis Loruanij

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

XVII
Moniales
ORDINIS CISTERCIENSIS
Lorvanii.

Beata Thereſia, filia Sancii I. hujus nominis Luſitaniæ Regis, Alphonſi Regis Legionis, ſui conſanguinei ob ignorantiam legis uxor, poſtea juſſu Pontificis, incœſtuoſo matrimonio dirempto, in Luſitaniam reverſa circà ann. 1212. omnes ad Deum curas convertit, & in ſolitudine cum Virginibus, Deo dicatis, ſe includere decrevit. Re deliberata locum elegit, cui nomen Lorvanium, ubi vetuſtum erat Cœnobium Monachorum S. Benedicti in ima valle ſitum inter præruptos montes, ubi exiguæ erant partes diei; & commodiore loco Monachis conceſſo, illud inſtauravit, quod poſtea exornarunt privatæ illuſtrium Sanctimonialium Cellæ, quas excitarunt, intervallis disjunctæ, ex quibus aliquæ rupibus tanquam nidi adhærent, aliis latera montis parietes efficiunt. In eo Thereſia cum Blanca ſorore, aliiſque Virginibus, habitum, religioſum, & aſperum induit, ejus formæ, quam imago demonſtrat in Actis Sanctorum Junii die 17. ex originali apud Lorvanium ſervata. Candidus ille eſt, ſed ex panno rudiori cum ſcapulari nigro; his cuculla Monaſtica additur, & caput velamine ſubnigro tegitur, pedes calceati ſunt ſandaliis coriaceis. Regulam enim elegit D. Bernardi, cujus recens erat in Luſitania memoria, eamque aſperrimè uſque ad obitum ſervavit, miraculis clara, ab omni humano conſortio ſejuncta cum cœteris, quæ ducentæ erant nigro utentes velamine, & viginti minoris notæ, quæ album geſtabant. Propè Monaſterium domus eſt, in qua Monachi Ciſtercienſes degunt, res divinas procurantes, & humanis conſulentes. Ipſa autem D. Thereſia vocatur Reformatrix Monialium ejus Ordinis.

De ea fuſius Bollandi Socii in Vitis Sanctorum Junii die 17. *pag.* 432.

XVII
Monaehe
DELL' ORD. CISTERCIENSE
di Lorvanio.

La B. Tereſa, figliuola di Sancio I. di queſto nome, Rè di Portogallo, eſſendo ſtata ſpoſata ſenza ch'ella ſapeſſe l'impedimento con Alfonſo Rè di Leone ſuo ſtretto parente, dopo che per comandamento del Sommo Pontefice ſi ſeparó dal Marito, e tornò alla Regia paterna in Portogallo, tutta ſi applicò al ſervizio di Dio, e riſolvè di vivere con perpetua clauſura in qualche ſolitudine con altre Monache. Eleſſe perciò un luogo, detto Lorvanio, non molto lontano da Coimbra, ſituato in una profonda, ed oſcura Valle in mezzo a monti altiſsimi, per li quali difficilmente ſi poteva calare. Era ivi un'antico Monaſtero di Monaci Benedettini, alli quali aſſegnò altro luogo più commodo, e riduſſe quello cōmodo per le Monache, alcune delle quali poi vi aggiunſero Celle trà di loro ſeparate, circondate però dalle mura del Monaſtero, alle quali ſervivano per muraglie li ſcogli medeſimi del monte vicino. In eſſo Tereſa inſieme con una ſorella Bianca, e molte altre Dame principali della Corte, preſe l'abito Religioſo, della forma eſpreſſa nell'imagine addotta negli Atti de'Santi di Giugno dal Bollando, e cavata dall'originale conſervato in Lorvanio. Era di color bianco di panno groſſo con pazienza nera, e il capo ſi copriva da un velo quaſi nero, e i piedi erano calzati con ſandali di cuojo; in choro uſavano la cocolla monaſtica bianca. Aveva ella eletta la Regola di S. Bernardo, di cui era celebre allora la memoria in Portogallo, e procurò di oſſervarla nel ſuo ſommo rigore inſieme con tutte le altre Vergini, il di cui numero era di ducento, velate di nero, e di venti altre di riga inferiore, velate cō panno bianco. Vicino al Monaſtero è una caſa, ove abitano alcuni Religioſi Ciſtercienſi, i quali ſomminiſtrano alle Monache con i SS. Sagramenti quanto loro è neceſſario, circa le coſe temporali, vivendo eſſe affatto ſeparate da ogni commercio. Tereſa finalmente carica d'anni, e di meriti riposó nel Sign. e fù celebre per li miracoli, e viene chiamata nelli Proceſſi Riformatrice delle Mon. Ciſtercienſi.

La Vita di eſſa è diffuſamente deſcritta alli 17 *di Giugno dalli Continuatori del Bollando.*

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte
...Nacional de Antrop...

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Humiliata Mediolani

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

XVIII

Sanctimonialis
HUMILIATA
Mediolani.

POſtquam anno 1037. plerique Viri nobiles facultatem obtinuerunt ab Henrico II Imperatore exeundi è Germania, ubi captivi detinebantur, lanarum opificio occupati vitam traduxerunt in Ditione Mediolanenſi uſque ad ann. 1134. deindè legibus aliquibus ſanctè vivendi paruerunt, quas illis S. Bernardus præſcripſit, donec Regulas S. Benedicti profeſſi ſunt, ſuadente B. Jo. Meda, qui primus ex illis ad Sacros Ordines promotus fuit, atque omnium Moderator electus. Propterea ab Uxoribus ſeparati communem vitam in Cœnobiis ſervabant. Illos omnes uxores, & filiæ imitatæ pluribus Monaſteriis excitatis, in eis vitam religioſam ſub iiſdem legibus traducere decreverunt, & una ex illis electa omnibus præfuit, eamque *Miniſtram* appellarunt. Quod nam ex omnibus Cęnobiis primò fuerit extructum non ſatis conſtat. Putatur tamen fuiſſe illud, quod ſub nomine S. Mariæ Magdalenæ, quæ dicitur ad Circulum, & in Urbe Mediolanenſi à cœteris diſtinguitur. Innocentius III. earum Ordinem, & Conſtitutiones approbavit, & poſteà Honorius III. an. 1219. Gregorius IX. an. 1227. Innocentius IV. an. 1246. Nicolaus IV. anno 1228. & alii Romani Pontifices confirmaverunt. Divinæ preces, quas recitant, eædem ſunt, quas B. Meda præſcripſit. Tunica utuntur alba circà lumbos præcincta, ſuprà illam ſcapulare ſolutum dependet albũ, ſicut album eſt unicum velamen, quo caput tegunt.

De illis egerunt Purricellus in Monumentis Baſilicæ Ambroſianæ pag. 630. P. Petrus Aloyſius Tatti in Vita S. Jo: Oldrati, ſeù Medæ, & Fridericus Card. Borromæus in epiſt. ad Moniales S. Mariæ Magdalenæ ad Circulũ dictæ.

XVIII

Monaca
UMILIATA
di Milano.

IL primo Inſtituto degli Umiliati fù quando molti nobili Milaneſi, e Comaſchi, condotti in Germania, privi di tutte le ſoſtanze nell'an. 1037. da Conrado Imp. ottennero dopo nove anni da Enrico II licenza di tornare alle Patrie, ove viſſero con il lavoro della lana; ma perche fecero propoſito di vivere ſantamente ſeparati dalle Mogli, induſſero queſte ad imitarli. Così ſi governarono ſino al tempo di S. Bernardo, il quale a loro iſtanza nel 1134. preſcriſſe alcune Regole di vivere ſantamente, ſinche poi ſi ſottopoſero alle Regole di S. Benedetto per opera di San Giovanni Meda, che fù il primo Sacerdote, e Superiore di tutti. Fiorì queſto nel 1119 e morì nel 1159. Ebbero da ciò principio li Monaſterj di Donne, le quali imitarono li Mariti; onde S. Giovanni fù l'Iſtitutore, e Propagatore di queſt'Ordini. Fondò pertanto molti Conventi in Lombardia, coſtituendo la Superiora delle Monache con titolo di Miniſtra. Qual foſſe il primo, non è così certo appreſſo gl'Autori; celebri ſono in Milano quelli di Sant'Eraſmo, di S. Catarina, e quello di S. Mar. a Maddalena al Cerchio, che ſi ſtima il primo fondato da 500. anni. Ricevettero poi Conſtituzioni da Papa Innocenzo III. circa il 1201. quale le confermò ſotto la Regola di S. Benedetto. Uſano Breviario particolare, fatto da S. Giovanni, e poi approvato da Onorio III. l'an. 1219 da Gregorio IX. nel 1227 Innocenzo IV. nel 1246. Nicolò IV. nel 1288. e da altri. L'abito è una tonaca bianca cinta, ſopra hanno lo ſcapulare ſciolto, in teſta un ſolo velo bianco.

Tutto ciò ſi è preſo dal Purricelli nel libro Ambroſianæ Baſilicæ *pag. 630. Da D. Pietro Luigi Tatti Sommaſco nella Vita di S. Giovanni Meda.*

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Humiliata in Vico Varonis

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

XIX

Monialis

HUMILIATA

in Vico Varonis.

IN Ditione Mediolanenſi plura Cœnobia ſunt, in quibus Sanctimoniales Conſtitutiones Humiliatorum ſervant ſub Regula S. Benedicti militantes, ſingulæ tamen ob aliquas peculiares conſuetudines à cęteris diſtinguntur. Illæ enim, quæ in Modiciæ oppido, vulgò *Monza*, habitant, rudiori habitu induuntur ferè ſimili illi, quem Carthuſiæ Religioſi geſtant colore tamen albo, ut aliæ ejuſdem Inſtituti. Sub hoc numero Monialis exprimitur, quæ vivit in Cœnobio extructo in Vico Varonis, Italicè appellato *Vareſe*, propè Helvetios. Veſtis alba quidem eſt, ſicuti etiam ſcapulare, quod ab humeris ſolutū ante, retròque dependet, & valdè latum. Alba etiam ſunt duo velamina, quorum alterum vultum circumdat, alterum caput tegit in amplas alas expanſum. Antiquiſſimū inter Cœnobia illud eſſe referunt, extructum à Viro Mediolanenſi ex nobili Familia Crivella. Multorum annorum ſpatio ſub directione Præpoſiti Generalis Humiliatorum vixerunt hæ Sanctimoniales, at deindè unam ex ipſis elegerunt, quæ cęteris, & curæ bonorum temporalium præeſſet. In fronte Templi apud quod Religioſi hujus Inſtituti vivebant eorum imago adhùc viſitur in marmore exculpta, quæ antiquū indumentum repræſentat, ideſt tunicam fune præcinctam, à quo globuli præcatii dependent, manu faſciam tenet, in qua eorum lemma legitur: *Spero in Deo*. Tempus fundationis hujus Cœnobii ignoratur, antiquiſſimum tamen illud eſſe deducitur ex antiqua pictura, in qua annus 1300. exprimitur.

XIX

Monaca

UMILIATA

in Vareſe.

DEllo ſteſſo Inſtituto delle Umiliate ſi trovano altri Monaſterj nello Stato di Milano fondati, ne' quali, benche ſi oſſervi la medeſima Regola di San Benedetto, in ciaſcuno di eſſi però ſono diverſe Conſtituzioni, ed uſanze proprie, non communi a tutti gli altri. Le Umiliate di Monza non adoperano ſaja ſcotta, ma una lana più groſſa, ſimile alle veſti delli Certoſini. L'abito eſpreſſo ſotto queſto numero rappreſenta una Monaca Umiliata del Monaſtero di Vareſe, Terra nelli confini di Milano vicino alli Svizzeri. La veſte di eſſa cinta ne'lombi è bianca, ſiccome bianca è la pazienza pendente liberamente dalle ſpalle, e larga; bianchi anco ſono li due veli, co'quali coprono il capo, e circondano il volto nella forma quì eſpreſſa. Queſto Monaſtero, detto di San Martino, è delli più antichi doppo la prima Inſtituzione di Monache di tale Ordine; e fù fabbricato da un Nobile Milaneſe della Famiglia Crivelli. Furono governate queſte Religioſe per molti anni dal Prepoſito Generale degli Umiliati, ma poi da quelli ſi ſepárorono, ed aſſunſero l'amminiſtrazione delli beni poſſeduti. Sopra la Chieſa ove riſedevano li Religioſi, ſi vede ancora ſcolpito in pietra un ritratto di eſſi, veſtito con ſacco, cinto di fune, dalla quale pende un Roſario, ed in mano hà una faſcia col motto: *Spero in Dio*. Quando preciſamente foſſe fondato tal Monaſtero non ſi sà, ſi sà bene eſſere molto antico, ed in una pietra di eſſo vi è notato l'anno 1300.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Monialis Solitaria in Vico Varonis

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

XX

MONIALIS SOLITARIA
in Vico Varonis.

POſt victoriam de Arrianis relatam circà an. 387. D Ambroſius, Mediolanen. Antiſtes, ut gratias Deo, ejuſque SS. Matri redderet, erexit Altare in quodam colle, ad cujus radices Vicus erat, quem Varonis dicebant, in Ditione Mediolan. ſitus apud Helvetios, atque in eo imaginem Deiparæ à S. Luca exculptam collocavit, ergà quam aucta veneratione Fidelium, Templum fuit extructum, quod deindè Exteri viſitabant, ut gratias à Dei Genitrice impetrarent. Propè illud manſionem elegerunt aliquot piæ fœminæ, & auſteram vitam traducebant in ſpecubus, quas natura in monte reliquerat, eamque eleemoſynis ſpontè oblatis alebant. Illis ſeſe addidit circà ann 1452. nobiliſſima Virgo Catharina ex familia Morigia, quam ſequuta eſt cum aliis tribus Juliana Purricella, quæ omnes ſuadente Catharina, poſt aliquot annos cùm decreviſſent aliquod Religioſum Inſtitutum amplecti, illud elegerunt, quod eo tempore apud Mediolanum florebat à S. Ambroſio erectum, & appellabatur S. Ambroſii ad Nemus, de quo ita D. Auguſtinus: *Erat Monaſterium plenum bonis Fratribus extrà Urbis mœnia, ſub Ambroſio nutritore*; quod tamen poſt aliquot annos juſtis de cauſis Pontificum juſſu omninò defecit. Annuit illis Pont. Sixtus IV. juſſitque an 1474. Guidoni Caſtilioneo, Mediolanenſi Archipresbytero, ut Cœnobium Sanctimonialium erigeret, in quo ſolemnia Religioſorum vota Virgines illæ profiterentur, quibus deindè 1476. clauſuræ leges præſcriptæ fuerunt, cum facultate geſtandi velamen nigrum. Sub Regula S Auguſtini militantes, Conſtitutiones S. Ambroſii ſervant, & ritu Ambroſiano Divina Officia peragunt. Earum veſtis colorem caſtaneum obſcurum oſtendit, qui vulgò dicitur *Tanè*, & agnomen Eremitarum retinent. Anno demùm 1478. earum Fundatrix Catharina piè deceſſit è vita, quam duobus annis in Cœnobio, & viginti duobus in ſolitudine traduxerat. Ejus cadaver illæſum à putredine adhùc ſervatur, & Beata dicitur ex Summorum Pontificum conceſſione.

Hæc omnia expoſuit Dominicus Bigiogerus in narratione hiſtorica impreſſa.

XX

MONACA ROMITA
di Vareſe.

DOppo la vittoria ottenuta contro gli Arriani circa l'anno 387. nel tempo di Sant'Ambrogio, ereſſe queſti un'Altare, in cui poſe una Statua della Beatiſſima Vergine ſcolpita da S Luca in ſegno di rendimento di grazie nel monte preſſo la Terra di Vareſe nelli confini di Milano, e delli Svizzeri; creſciuta poi la venerazione vi fù fabricato un magnifico Tempio, concorrendovi i Popoli per ottenere grazie dalla gran Madre di Dio. Dimoravano preſſo la Chieſa alcune pie Donne, che come Romite viveano di elemoſine date dalle perſone, che viſitavano quel Santuario. Ad eſſe ſi unì l'anno 1452. una nobile fanciulla di caſa Morigia, detta Caterina, imitata da un'altra di nome Giuliana Purricelli, con altre tre, le quali viſſero con eſercizj di aſpriſſima penitenza; ma poi riſolverono di abbracciare qualche religioſo Iſtituto; e perche fioriva l'Ordine detto di Sant'Ambrogio dal Santo Iſtituito, del quale parlàndo Sant'Agoſtino lib. 8. delle Confeſsioni cap. 6. Era, diſſe, un Monaſtero pieno di buoni fratelli fuori della Città, e ſi diceva di Sant'Ambrogio ad Nemus, quale poi da' Decreti Pontificii per giuſte ragioni fù eſtinto, eleſſero queſto Iſtituto, ed ottennero da Siſto IV. l'approvazione nel 1474., ed il Pontefice ordinò a Guido Caſtiglione, Arciprete di Milano, ch'eleggeſſe in Monaſtero il Romitorio, con dare l'abito alle Romite, dalle quali ſi profeſſano Voti religioſi; e nell'anno 1476. concedè loro il velo nero, e li privilegii della Glauſura; vivono ſotto la Regola di Sant'Agoſtino, oſſervando le Coſtituzioni di Sant'Ambrogio, veſtono abito di colore Tanè, nome Franceſe, che ſignifica cervino, o caſtagnino. Recitano l'Offizio con Rito Ambroſiano. Nel 1478. morì Catterina, Fondatrice, e prima Abbadeſſa, doppo eſſere viſſuta due anni Monaca, e venticinque Romita; onde ritengono il nome di Romite. Si conſerva il di lei Corpo ancora intiero, e gode il nome di Beata per conceſsione de' Sommi Pontefici.

Vedi il Racconto Iſtorico ſtampato di Domenico Bigiogero.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Monialis Deiparæ in Cœlum Aſſumptę

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Monialis

Deiparæ in Cœlum

ASSUMPTÆ.

IN Urbe Recinetenſi, parùm ab Urbe Lauretana diſtante, extat Congregatio Sanctimonialium, quæ Virginis in Cœlum aſſumptæ appellantur. Veſte cærulei coloris induuntur, quàm circà lumbos albo cingulo ſtamineo cingunt, albo etiam ſcapulare utuntur, ſicut caput & collum albo velamine contegunt; in ſacris actionibus, & Choro pallium geſtant, partim ex ſericis, partim laneis filis contextum coloris cærulei, quod ab humeris ad talos uſque dependet. Earum Cœnobium Eminentiſſimus Cardinalis Roma, Recinetenſis Antiſtes, erexit anno 1626. ex bonis, quæ nobilis fœmina Barbara Matilla anno 1595. legaverat, ut Domus erigeretur, in qua aliquot Viduæ Deo ſervirent: At cùm bona relicta ære alieno gravarentur, ſex tantùm eligi potuerunt, quibus, cùm deindè aliæ nobiles Virgines ære proprio dotatæ additæ fuerint, religioſæ clauſuræ legibus anno 1632. ſeſe omnes ſpontè manciparunt, atque peculiaribus Conſtitutionibus, quas idem Purpuratus Antiſtes approbavit, à P. Patiano, Societatis Jeſu Sacerdote, præſcriptas, ſub titulo Beatæ Virginis in Cœlum Aſſumptæ, cujus nomen etiam Templo ejuſdem Cœnobii inditum eſt. Hæc omnia conſtat ex Tabulis publicis Camilli Petriotti Recinetenſi Notario. Officium Beatæ Virginis quotidiè canunt in Choro, Vitæ communis leges ſervant, & horas diei partim actuoſæ vitæ, partim ſacris actionibus impendunt.

Ex hiſtoria Recinetenſi m. ſ. P. Didaci Calcagni Soc. Jeſu.

XXI

Monaca

Della SS. VERGINE

ASSUNTA.

IN Recanati, Città della Marca poco lontana da Loreto, è un Monaſtero di Monache, dette della Vergine Aſſunta; fù queſto fondato dal Cardinale Giulio Roma, Veſcovo della Città, nell'anno 1626. a dì 12. Luglio, e l'occaſione fù, che avendo una nobile Matrona, Barbara Matilla, nell'anno 1515. laſciato con teſtamento, che ſe moriſſe Antonio ſuo figliuolo ſenza figli, ſi fondaſſe un Monaſtero di Vedove nella ſua Caſa, in cui foſſero alimentate con li frutti di una Poſſeſſione, e ſcoperti molti debiti, doppo la morte di Antonio, non erano quelli ſufficienti per l'adempimento di tale volontà, determinò il Cardinale di collocare in detta Caſa alcune povere Orfane, ſei delle quali veſtirono l'abito di Monaca, e doppo eſſe alcune nobili Fanciulle, le quali aſſegnorno la propria dote; onde nel 1632. fù ſtabilita la Clauſura, e nel 1634. furono aſſegnate particolari Conſtituzioni dal medeſimo Cardinale, il quale per eſſe ſi ſervì del P. Orazio Patiani della Compagnia di Gieſù, e fù dato il titolo della Vergine Aſſunta in Cielo, ſiccome anche alla Chieſa contigua al Monaſtero. Dicono in Coro l'Offizio della Beatiſſima Vergine ogni giorno; vivono con perfetta vita comune, ed hanno le ore diſtribuite per gli eſercizii ſpirituali, e corporali. Veſtono tonaca turchina cinta con ſtame bianco, lo ſcapulare è di ſaja ſcotto bianca, il velo, e ſogolo è bianco, aggiungono nelle funzioni del Coro un manto parimente turchino, ordito di ſeta, e tramato di ſtame, lungo fino a terra.

Tutto ciò conſta dagl'Atti publici del Notaro Camillo Petriotti, e dalla Storia di Recanati m. ſ. dal P. Diego Calcagni della Compagnia di Gieſù.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Monialis dicta Congregationis B. Mariæ

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

XXII

Canoniſſa Regularis Congregationis B. MARIÆ DOMINÆ NOSTRÆ.

PEtrus Forerius Canonicus Reg Parochus Oppidi Matincuriæ in Lotharingia, poſteà Reformator, ac Generalis Canonic. Regul. Congragationis Selvatoris noſtri, zelo accenſus decrevit duos Ord. Relig. inſtituere, alterum Virorum, Fœminarum alterum, qui propter Deum gratis in virtutibus excolerent Juventutem. Res fœliciter ſucceſsit, nam duæ Virgines, Alexia le Clere, & Ganthea Endrè extimulatæ illius concionibus, ſeſe ad id munus obtulerunt, quibus paulò poſt aliæ Virgines ſe adjunxerunt, quæ abdicatis bonis ſub veſtitu uniformi nigro, voto caſtitatis emiſſo in privata domo aliquas vivendi Regulas ſervabant, quas Epiſcopus Tullenſis Chriſtophorus de Valle approbavit, & Puellas docere cæperunt, ſub finem anni 1599 Ob hanc rem nobiliſs Domina de Aſperomonte palatium ſuum, quod in Urbe Samielli habebat, obtulit, ut in eo Collegiũ hujuſmodi Virginum inſtitueretur ad Puellarum inſtructionem. Votis illius obſecundavit Petrus, quare multiplicatis ejus generis Virginibus, Carolus Card. à Lotharingia, tunc Legatus à Latere, pro Urbe Nancei ſimile Collegium expetiit, illique præpoſita fuit Alexia le Clere, & tale inſtitutum confirmavit ſub invocatione B. Virginis. Tandem eædẽ Virgines à ſtatu laicali ad religioſum tranſierunt, conceſsione facta à Paulo V. anno 1615. & an. 1616. idem facultatem dedit Scholas erigendi. Deindè Nancei primum Ordinis Monaſterium erectũ eſt, & an. 1617. habitum religioſum ſuſceperunt. Alia deindè erecta ſunt in Civitatibus tùm Lotharingiæ, tum Galliæ, Belgii, & Germaniæ, quæ conſtituunt Ordinem Monialium, quas Canoniſſas Reg. Ord. S. Auguſtini ſub invocatione B. Mariæ Dominæ Noſtræ decreto Urban. VIII. edito an. 1628. qui tale inſtitutum approbavit, & Innoc. X. an. 1645. confirmavit. Monaſteria 80 illud numerat, in quibus Puellæ pietatem, & artes fœminarum proprias edocentur. Tunica utuntur nigra, ſuprà quam cappam uſque ad terram productam addunt in ſacris actionibus.

Omnia hæc excerpta ſunt ex vita Gallicè ſcripta Ven. Petri Forerii à D. Joan. Baptiſta Piart Canonico Regulari Salvatoris noſtri, qui Beatificationem procurat.

XXII

Canonicheſſa Regolare Detta DI NOSTRA DAMA.

PIetro Forerio, Canonico Regolare, Paroco in Matincurt luogo della Lorena, e poi Riformatore, e Generale delli Canonici Regolari, detti del Salvatore noſtro, acceſo di zelo determinò iſtituire due Ordini, uno di Religioſi, l'altro di Donne, le quali ſenza alcuna mercede iſtruiſſero la Gioventù nelli buoni coſtumi. Fù egli eſaudito dal Cielo, poiche ſtimolate dalle di lui eſortazioni due Fanciulle, Aleſsia le Clerc, e Gantea Andrè ſi offerirono pronte per tale eſercizio, ed a quelle poi molte altre ſi unirono, quali tutte veſtite di nero, e fatto voto di caſtità cominciorno inſieme a vivere con alcune Regole, approvate da Criſtoforo de la Vallee Veſcovo di Tul, e nel 1599. diedero principio all'inſegnare alle Fanciulle. Moſſa da ciò la nobile Dama d'Aſpramont offerì un ſuo Palazzo poſſeduto nella Città di Saint Michel, accioche in eſſo ſi formaſſe un ſimile Collegio di Vergini per ammaeſtrar la Gioventù. Accettò Pietro l'offerta, e creſciuto il numero di ſimile Vergini, il Cardinal Carlo di Lorena, in quel tempo Legato Apoſtolico, confermò quell'Iſtituto, e volle, che ſi fondaſſe un ſimile Collegio in Nansì, di cui fù fatta Superiora Aleſsia, detta volgarmente Alix le Clerc. Finalmente avendo ottenuta facoltà da Paolo V. nell'an. 1615. la Congregazione di queſte Vergini ſecolari fù eretta Religione, e nel 1616. ottenne facoltà di aprire publiche Scuole per le Fanciulle, e per decreto di Urbano VIII. del 1628. reſtò approvato tale Iſtituto, e confermato poi di nuovo nel 1645 da Innocenzo X. con titolo di Canonicheſſe Regolari dell'Ordine di Sant'Agoſtino ſotto l'invocazione di Noſtra Dama. Si numerano ottanta Monaſterii di tale Iſtituto, ſparſi per la Lorena, per la Francia, Fiandra, e Germania, nelli quali ſono ammaeſtrate le Fanciulle, sì nella pietà, come nelle arti proprie di Donna. L'abito delle Monache è una tonaca di lana nera, ſopra cui nelle funzioni del Coro aggiungono una cappa lunga fino a terra.

Tutto ciò è cavato dalla Vita del Ven. Fourier ſcritta dal Canonico Regolare del Noſtro Salvatore D. Gio' Battiſta Piart Procuratore in Roma per la di lui Beatificazione.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Monialis uulgo dicta del Corpus Domini

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

XXIII

Moniales, quæ dicuntur

CORPORIS DOMINI.

ANno Domini 1690. in Urbe Maceratenſi erectum fuit Cœnobium, in quo Virgines Deo ſacræ vivunt ſub titulo *Corporis Domini*, alba veſte indutæ, quam S. Dominici Sanctimoniales gerunt, ſed rigidiori ſtudio, quàm ceteræ proprias Conſtitutiones ſervãt. Laneo, & rudiori panno, & induſio pariter laneo amiciuntur; ſupra paleas, vel nudas tabulas noctu cubant, ſoccos ligneos pedibus perſæpè nudis geſtant, à carnibus omninò abſtinent, niſi tamen infirmis Medicorum præceptum prohibeat: Jejuniis ſe macerant ſeptem anni menſibus; præter binas orationis horas quotidiè matutinas Laudes in Choro tempore nocturno recitant. Ante Divinam Euchariſtiam alternatim diù, noctuque preces effundunt; ſingulis Dominicis divino Sacrificio inſtrumentis muſicis, & vocum concentibus inſerviunt, & Sacram Euchariſtiam in Altari expoſitam venerantur, & coram eadem tempore Quadrageſimæ ſingulis diebus Meditationum argumenta alta voce pronunciant, quę deindè adſtantes externi mente pervolvunt. Inſtitutorem agnoſcunt P. Hieronymum Piccinum, virum è Dominicana familia virtute conſpicuum, cujus documenta circà annum 1687. primò amplexa fuit Ven. Virgo Hiacyntha Boſſo Veneta in Oppido Marcſſiæ Triviſanæ dicto Coneliano, ſive Conegia. Legibus Clauſuræ licèt voto non adſcriptæ, nunquàm domo exeunt cum externis, ſi ex neceſsitate ſermo ſit habendus, denſo velamine è capite demiſſo colloquenti vultum celant. Earum Conſtitutiones Eminentiſs. Colloredus Sacræ Penitentieriæ Romæ Moderator, & Eminentiſs. Pauluccius tunc temporis Maceratenſis Antiſtes approbarunt.

Omnia ex Relatione Fundatricis ipſarum Sanctimonialium.

XXIII

Monache, dette

DEL CORPUS DOMINI.

IN Macerata, Città della Marca, nell'anno 1690. fù eretto un Monaſtero di Monache dette volgarmente *del Corpus Domini*. Veſtono queſte come le Monache dell'Ordine Domenicano, e ſi gloriano vivere ſotto la Regola delle Terziarie di eſſo, e con rigore maggiore oſſervano le proprie Conſtituzioni. Veſtono perciò camiſcia di lana, ſopra cui è la tonaca di panno groſſo, dormono ſopra la paglia, e ſpeſse volte ſopra le nude tavole, e ſi aſtengono dalla carne, eccetto che nelle malattie a giudizio del Medico; uſano zoccoli, e molte li portano ſcalze. Per ſette meſi dell'anno oſſervano rigoroſo digiuno; oltre due ore di orazione mentale, recitano la notte in Coro il Matutino, ed in ogn'ora a vicenda alcune di eſſe orano avanti il Santiſsimo Sagramento. Nelle Domeniche aſsiſtono ad una Meſsa cantata, accompagnandola con ſuono, e muſica; nelli giorni di Quareſima, eſsendo eſpoſto il Sagramento nell'Altare, leggono ad alta voce, i punti di qualche Meditazione, onde il popolo ſecolare le accompagna meditandoli. Non aſtrette con voto alla Clauſura, l'oſservano con ogni rigore, e dovendo per neceſsità parlare con perſona eſterna, calano un denſo velo avanti il viſo, onde non ſono mai vedute. Furono iſtituite circa l'anno 1683. da un Padre Domenicano, Girolamo Piccini Veneziano nella Terra di Conegliano, e la prima Monaca, che abbracciò queſto Iſtituto fù la Madre Suor Giacinta Boſso Veneziana, e le loro Coſtituzioni furono approvate dall'Eminentiſs. Cardinal Colloredo Sommo Penitenziere, e dall' Eminentiſs. Cardinal Paulucci, allora Veſcovo di Macerata.

Tutto ciò per Relazione ſcritta dalla Fondatrice del Monaſtero ſudetto.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Virgo Deo Sacra Cæsaraugustæ

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

XXIV

Virgines Deo Sacræ

CÆSARAUGUSTÆ.

REferunt Auctores nonnulli, reperiri Sanctimoniales, quibus velum non imponitur, niſi annum ætatis quadrageſimū inReligione expleverint, ut legibus aliquorū Pontificum pareant. In aliquibus Catalogis Sanctarum Virginum dicitur fuiſſe Venerabil. Virgo Hiſpana, de Villa Simplis appellata, quæ primum Cenobium hujuſmodi Sanctimonialium inſtituit Cæſarauguſtæ, & nihil aliud relatum de ipſis invenire potui, niſi quod earum indumentum griſei coloris eſſet ejus formæ, quam ſubjecta imago demonſtrat. De impoſitione autem ſacri veli ſciendum eſt duplici ritu olim apud Chriſtifideles velum impoſitum fuiſſe ſacris Virginibus. In altero dicebatur velum conſecrationis, cùm Virgines ſeſe Deo manciparent, ſacræque cęremoniæ ſervabantur, quas in Romano Pontificali præſcriptas legimus, & hoc conferri non poterat, niſi Virgines vigeſimumquintum annum attingerent, & tunc Diaconiſſæ appellabantur, eiſque licebat Sacrum Evangelium in horis matutinis palam recitare. Dicebatur etiam velum conſecrationis, quandò diverſo ritu conferebatur Virginibus, quarum ætas quadraginta annos numeraret, in Breviario Romano legimus decretum S. Leonis Papæ 11. Aprilis: *Sanxit, ne Monacha benedictum capitis velamen reciperet, niſi quadraginta annos virginitatem probaſſet.* Hæ autem Diaconiſſæ, & ſolemnes conſecrationes non ſunt ampliùs in uſu, ſed tantùm ſacro ritu, in Rituali Romano præſcripto, velamen imponitur Virginibus, & quidem album, cùm vitam religioſam eligunt, nigrum verò, cùm vota ſolemnia profitentur.

De illo agitur in ſacris Canonibus tit. Diaconiſſam Can.27.qu.51.apud Dominicum Magrum v.Velum, & Card.Baronium ad ann.57.

XXIV

Vergini Sagre

IN SARAGOZZA.

DA molti Autori ſi riferiſce eſſervi alcune Congregazioni di Vergini à Dio conſagarte, dalle quali ſi oſſerva un certo decreto antico di alcuni Sommi Pontefici con non prendere il velo della conſagrazione, ſe non quando ſono in età di quarant' anni. In alcuni Catalogi ſi trova regiſtrato, che la Venerabile Madre detta de Villa Simplis, di natione Spagnuola, foſſe la prima Fondatrice nel 1531. di un Monaſtero di tal ſorte di Monache in Saragozza, nè altro ſi riferiſce di lei, e delle ſue Monache, eccetto che l'abito era di colore grigio della forma quì eſpreſſa nell'imagine quì eſpoſta. Della impoſizione di tal velo ſi deve notare eſſerſi pratticato nella Chieſa il velare le Vergini, a Dio conſagrate, con doppio velo, uno era chiamato velo di conſacrazione, e queſto s'imponeva alle ſole Vergini con le cerimonie deſcritte nel PontificaleRomano, e non prima dell'età di venticinque anni; e chi l'aveva ricevuto, ſi chiamava Diaconeſſa, perche poteva leggere l'Evangelio, quando ſi recitavano le ore del Matutino. L'altro velo ſi chiamava parimente velo di conſagrazione, e s'imponeva alle medeſime nell'età di quarant'anni. Nel Breviario Romano alli 11. d'Aprile ſi riferiſce il decreto di S. Leone Papa ſopra queſta materia. Adeſſo però non ſono più in uſo tali cerimonie, mà ſolamente ſi dà un velo bianco alle Vergini, quando ſi dedicano a Dio, e doppo ſe ne aggiungę uno nero, quando finito il Noviziato fanno li Voti della Religione con le cerimonie regiſtrate nel Cerimoniale Romano.

Di tali veli parlano li Sac.Canoni tit. Diaconiſſa Can.27.qu.1.Domenico Magri nelHierolexico v.Velum, e il Baronio all'anno 57.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Monialis dicta Filia Poenitentiæ

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

XXV

Monialis

DICTA FILIA PŒNITENTIÆ.

CEleberrimus Galliarum Rex Sanctus Ludovicus ob amo- Religionis, quo ſemper ſtuduit illam augere, multa cùm religioſorum Virorum, tùm Fœminarum Monaſteria proprio ære conſtrxuit, dotavitque. Inter ea inſignis fuiſſe refertur duplex domus, quam ſuadente piiſſima Regina Blanca ejus genitrice, ann. 1621. conſtruxit, ut in illis Viri, & Mulieres divino famulatui Religioſorum votis ſeſe obſtringerent, vitamque ducerent Pœnitentium propriam. Rudi ſacco ex canabe induti, pedibuſque nudis ſemper incedebant. Viros patria voce *Saccarios* nominabant, Fœminas autem *Filias Pœnitentiæ*: At ob rigidiſſimum vitæ tenorem non diù hic Ordo Religioſorum floruit, & defectu Alumnorum defecit; nam cùm nō facilè reperiretur, qui ſpontè illum eligeret, anno 1293. ad alios mitiores Ordines Viri tranſierunt, & poſteà Ordo Fœminarum, quæ Pariſiis propè Templum S. Andreæ morabantur, antè obitum Sanctiſſimi Regis omninò ceſſavit.

Apud noſtri Ævi Scriptorem refertur ſimilis Pœnitentium Ordo floruiſſe Londini anno 1257. *Imaginem accepimus ex Catalogo impreſſ. ab Adriano Schoonenbeex.*

XXV

Monaca,

DETTA FIGLIA DELLA PENITENZA.

IL Santiſſimo Rè di Francia Luigi edificò molti Conventi di Religioſi, sì di Huomini, come di Donne; e ſi riferiſce, che nel 1261. ad inſtanza della ſua piiſſima Madre Regina Bianca inſtituiſſe un'Ordine Religioſo, sì del ſeſſo virile, come di Donne, quali erano veſtite di abito groſſo di canape, e ſcalze menavano vita molto rigoroſa. Gli huomini comunemente ſi chiamavano Saccarii, e le Donne haveano il titolo di figliuole della Penitenza. Ma nè gli uni, nè le altre poterono durare per lungo tempo, nen trovandoſi così facilmente chi voleſſe eleggere quella vita tanto rigoroſa, che perciò gli Huomini furono diviſi in alcuni altri Chioſtri Religioſi nel 1293. e il Monaſtero di Donne, ch'era vicino alla Chieſa di S. Andrea in Parigi, fù abolito avanti la morte del medeſimo Santo Rè.

Si riferiſce per certo da qualche Scrittore, cho nell'anno 1257. *in Londra viveſſero Religioſi del medeſimo Ordine. L'imagine della Monaca fù publicata nel Catal. impreſſo da Adriano Schoonenbeex.*

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Sanctimonialis Pœnitens in Vrbe ueteri

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

XXVI

Monialis

PŒNITENS

in Urbe Veteri.

DOmus in Urbe Veteri erecta fuit ab Antonio Simoncello, viro non minori pietate, quàm nobilitate præclaro, in qua pauperrimæ Puellæ humano ſubſidio privæ, nè honeſtatis jacturam facerent, ſuo ære alerentur. Eadem anno 1662. ſub Alexandro VII. in Cœnobium comutata fuit, legibus clauſuræ obſtrictum, ut in illud reciperentur fœminæ, quæ ob morum corruptelam, vitam inhoneſtam per aliquod tempus duxiſſent; omnes ſuas facultates ad hunc finem tradidit Simoncellus, & peculiarem vivendi methodum concinnavit, ab Antiſtite Urbevetano approbatam, ſub Regula tamen Carmelitarum ab Innocenzio, & Eugenio IV. mitigata. Vota religioſa profitentur hæ mulieres ea die, in qua Monaſterium ingrediuntur, ut D. Magdalenam, cœteraſque Sanctas Pœnitentes imitentur. Vitam quotidianam traducunt, partim orationibus, & pſalmodiis, partim corporalibus exercitationibus addictam; tunica ſcapulari, & pallio utuntur ut Carmelitæ diſcalceati zona coriacea nigra præcinctæ, pedibus tamen lanea tela tectis, caligas gerunt, quas italicè dicimus *Pianelle*, caput duplici velamine albo, & nigro contegunt cœterarum Religioſarum more, & in omnibus modeſtiam oſtendunt.

XXVI

Monaca

PENITENTE

in Orvieto.

E' In Orvieto un Convento di Religioſe, conſagrate a Dio doppo eſſere viſſute qualche tempo in vita peccaminoſa. Fù dato a quello Principio da Antonio Simoncelli nobile Orvietano, huomo di pietà inſigne con impiegarvi tutte le ſue facoltà, e beni poſſeduti, doppo che haveva deſtinata quella Caſa, accioche in eſſa a ſue ſpeſe foſſero alimentate povere fanciulle derelitte, e in pericolo di perder l'oneſtà; che perciò nel 1662. vivente Aleſſandro VII. diventò Monaſtero ſoggetto alla clauſura, e inſtituite in eſſo Monache ſotto la Regola Carmelitana, mitigata da Innocenzo, ed Eugenio IV. Hanno però Conſtituzioni loro proprie, ſtabilite dal Veſcovo, a cui ſono ſubordinate. Profeſſano in eſſo Donne, le quali ravvedute de'proprj errori ſi rendono imitatrici di S. Maria Maddalena, di S. Pelagia, e ſimili; che perciò ſenza premettere il Noviziato ſi aſtringono con i voti religioſi nel primo giorno, in cui vi entrano. Diſtribuiſcono le hore del giorno parte in orazioni mentali, e vocali, parte in eſſercizii manuali, e proprii delle Donne. La loro veſte è ſimile a quella delli Religioſi Carmelitani ſcalzi, ma calzate uſano le Pianelle, ſono cinte con la cintura di corame, e in capo hanno il valo bianco coperto da un'altro nero, come comunemente coſtumano le Monache, e in tutto apariſce la modeſtia, e ſplendore religioſo.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

27

Poenitens solitaria S. Frācisci

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Pœnitens Solitaria

ORDINIS S. FRANCISCI.

CUm de Sanctimonialibus ageremus in Catalogo earum, primùm à nobis impreſſo, diximus inveniri Cœnobia, in quibus piæ Mulieres Regulam S. Franciſci Aſſiſiatis profitentur, paſſim Pœnitentes vocatæ. Addimus hìc aliquas hujus generis reperiri, præſertim in Germania, quæ in ſylvis degentes, murorum tamen circuitu incluſis, parvam Cellulam colunt, herbis, & radicibus vitam alunt, ſinè induſio rudi ex lana indumento teguntur, quod fune circà lumbos præcingunt, & ut plurimùm omninò diſcalceatæ, raro caligis, aut ligneis ſoccis utuntur. Quænam hujuſmodi Pœnitentibus ad vitam adeò rigidam ducendam incitamento fuerit apud Scriptores reperire non potui, inveni tamen earum imaginem in Catalogo Sanctimonialium Auguſtæ Vindelicorum anno 1693. impreſſo, ex quo hìc expoſitam accepi.

XXVII

Penitente

SOLITARIA DI S. FRANCESCO.

NElla prima impreſſione del Catalogo delle Donne Religioſe, eſponendo le Monache Franceſcane dell' Oſſervanza più ſtretta, accennammo, che alcune profeſſando la Regola di S. Franceſco, vivevano come Romite, e tali ſono alcune nella Germania, le quali ritirate nelli boſchi, cinti però da muraglie, abitano piccole Cellette, ſi cibano di erbe, e radici; veſtono ſopra la nuda carne abito ruido di lana grigia, cinte di fune; caminano co' piedi nudi, e ſolamente rare volte portano zoccoli, o ſandali. Chi foſſe la prima, il di cui eſſempio fu ſeguitato dalle altre, non lo trovo riferito da alcuno Scrittore, ſi trova bensì l'imagine di una in un Catalogo publicato in Auſpurg l'anno 1693., ed è ſimile alla eſpoſta da noi:

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Nacional de Antropología

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

. *Sanctimonialis S.S. Virginis Rosarii*

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

XXVIII

Monialis

SS. VIRGINIS MARIÆ ROSARII.

IN Oppido Diœceſis Agrigentinæ, cui nomen Palma eſt in Inſula Siciliæ, Cęnobiũ extructum fuit in ſæculo præterito àDucibus palmæ è nobili Familia de Tomaſiis. In eo degunt Sanctimoniales ſub Regula S.Benedicti, à cœteris tamen diſtinctæ ob titulum SS.Virg. Mariæ Roſarii, Templum impoſitum; ædificatum illud fuit, ut Virgines Deo ſacræ præſertim ab humano conſortio ſegregatæ,Cęleſti Sponſo & ſibi tantùm vacarent; qua de cauſa, ut faciliùs hunc finem aſſequerentur, aliquot cubicula cum Sacello,& Viridario extructa fnerunt, in quibus à cęteris Sanctimonialibus diviſæ,ſingulis annis piis Meditationibus exercerentur, ac proindè exercitia ſpiritualia, à S. Ignatio Lojola conſcripta,ad eum finem elegerunt. Creſcente deindè ſpiritus fervore, aliquibus ex illis cupido inceſſit in ea ſolitudine vitæ perpetuò traducendæ, ne animi fervor intepeſceret.Quamobrem anno 1273 annuentibus iis, quibus earum cura demandata fuerat, in eum receſſum commigrarunt, & deindè ab omnibus Solitariæ fuerunt appellatæ. Silentium illæ perpetuò ſervant, exceptis aliquibus collocutionibus, quibus res ad ſpiritus profectum ſpectantes agitantur. Inter cęteras cùm animi, tùm corporis afflictationes una eſt, quæ dicitur *Roſarium Pœnitentiale*, ea Pœnitens ſpatio centum quinquaginta dierum exercetur. In iis, depoſito nigro velamine, corona ſpinea redimita incedit, reprehenſiones ab ea, quæ omnibus præeſt, quotidiè publicè excipit,vilibus, & laborioſis exercitationibus occupatur, & arcetur à Sacramentis uſque dum ejus moderator illi concedat. Veſte utuntur nigra, ut omnes, quæ Regulam S.Benedicti profitentur, à cęteris tamen diſtinguuntur ob imaginem SS. Conceptionis, quam ſuprà pectus gerunt, Roſario circumdatam, inſtrumentis Dominicæ Paſſionis exornato.

Ex Vita Vener. Mariæ Crucifixæ de Conceptione, deſcripta, & impreſſa ab Abbate Bartholomæo Turano.

XXVIII

Monaca

DELLA SS. VERGINE DEL ROSARIO.

IN Palma, Terra della Dioceſi di Girgenti in Sicilia,è un Monaſtero fondato nel ſecolo 1600. dalli Duchi di Palma della nobile Famiglia Tomaſi con il titolo della SS. Vergine del Roſario. In eſſo, oltre lá conſueta Clauſura, ſi preteſe il totale ſtaccamento dal Mondo, che perciò vi furono fabricate alcune Celle rimote dal Monaſtero, con un'Oratorio, ed un Giardinetto, nelle quali poteſſero le Monache ritirarſi per otto giorni frà l'anno, ed ivi attendere a più perfetta unione con Dio. Ciò ſi pratticò per alcuni anni con gli eſercizii ſpirituali compoſti da Sant' Ignazio Lojola, e creſcendo il fervore, alcune di eſſe determinorono di totalmente ſepararſi dall'altre, che perciò con conſenſo de' Superiori, alla cura de'quali erano commeſſe, ſi eleſſe una con nome di Prefetta, ed un' altra Converſa; e nell'anno 1673. ſi ritirarono in detto Appartamento,prendendo il nome di Solitarie, e ſi laſciorono due Celle per commodità di quelle, che frà l'anno voleſſero attendere agli eſercizii ſpirituali. Ivi oſſervano continuo ſilenzio, eccetto,che in alcune conferenze di coſe ſpirituali. Oltre li digiuni, ed altri eſercizii di penitenza, ne hanno uno,che chiamano Roſario Penitenziale,poiche dura per cento cinquanta giorni, ne'quali chi lo elegge ſi priva del velo nero, e con il ſolo bianco compariſce ſempre coronata di ſpine, riceve ſpeſſo in publico correzzioni dalla Superiora, non tratta con alcuna, ſi occupa nelle azzioni più vili, e laborioſe, e per tutto quel tempo reſta priva delli Sagramenti, ſe pure talvolta non ottenga diſpenſa dal Confeſſore. La loro veſte è nera, non punto differente dall'abito Benedettino, mà tengono per diſtintivo in petto l'imagine della SS. Concezzione della B. Vergine, contornata da un Roſario ornato con gl'inſtrumenti della Paſſione di Noſtro Signore.

Tutto ciò dalla Vita della Madre Suor Maria Crociſiſſa della Concezzione, deſcritta dall' Abb. Bartolomeo Turano.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Virgo dicta Ieſu Collegij Caſtilionenſis

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

COLLEGIUM VIRGINUM JESU dictum.

CAſtellione Striverorũ in Mantuano Ducatu tres Sorores Cinthia, Olimpia, & Gridonia Gonzagæ, Rodulphi Principis Caſtellionis filiæ, & B. Aloyſii neptes circà ann. 1608. ſponté ſua ceſſerunt bonis paternis, materniſque hac lege, ut duo conderentur Caſtellione Collegia, alterum Patribus Soc. Jeſu, à quibus dirigi ſpiritu volebant; alterum ſibi, ſuiſque ſociabus, eandem ſecum vivendi normam electuris. Igitur die, ſacro B. Aloyſio exeuntes ex Palatio Principis, ubi ubi natæ erant, unà cum aliis, quæ treſdecim erant, novum Collegium elegerunt. Ibi variis operibus pietatis vacantes, directore P. Virgilio Cepario novas vivendi leges ſibi præſcripſerunt, quas idem Pater rerum ſpiritualium ſcientiſſimus compilavit. Hoc Collegium principium habuit ex conſenſu S. Pont. Pauli V. obtento vivæ vocis oraculo, quo inſtitutum laudavit, & benedictione Pontificia munivit. Complectitur ſocietatem Virginum, quæ tamen, etſi liberè, nolunt matrimonio jungi, nec arctiori vinculo religioſæ clauſuræ ſe adſtringere. Elegit ſibi patronum B. Aloyſium, in terris habet protectorem Princip. Caſtellionis. Præſidet Collegio una, quæ Prælata vocatur, cui proximè eſt alia, quæ vocatur Miniſtra, invigilans œconomiæ domeſticæ. Præficitur etiam alia Novitiabus. Moderamen conſcientiæ eſt penes Patres Societatis Jeſu, quorum Templum frequentant Virgines, ibidemque Sacramentum Pœnitentiæ, & Euchariſt. obeunt. Domicilio ſuo indidere nomen, *Collegium Virginum Jeſu*, quamobrem in Catalogo jam à nobis impreſſo, ob falſam relationem error irrepſit, cùm eas vocavimus Virgines Urſulinas. Quæ inter eas admittuntur, debent loco nobili, aut ſaltem honorato, & legitimo matrimonio natæ, & bonorum morum eſſe. Tempus probandi admiſſas annus eſt, quo abſoluto reliquis adſcribuntur, emiſſo voto caſtitatis perpetuæ, ſecundo jurejurando promittunt ſe victuras uſq; ad mortem in ea ſocietate. Tertiò promittunt Antiſtitæ obedientiam; deindè renovant prædicta bis in anno, ideſt in feſto Circumciſionis, & B. Aloyſii. Ter qualibet hebdomada frequentant Sacramenta Pœnitentiæ, & ſacræ Communionis. Die Sabbathi jejunant, fer. 6 veſperè abſtinent ſe à cena, & flagris in terga ſua ſæviunt. Feria 4. abſtinent à carnibus.

Cætera narrantur à P. Conrado Janningo in Actis Sanctor. Junii tom. 4 pag. 318. P. Savazinus in Vita Olimpiæ cap. 6. & P. Manzinus in geſtis B. Aloyſii lib. 4 cap. ult.

XXIX

COLLEGIO DI VERGINI dette di GIESU' in Caſtiglione.

FU fondato queſto Collegio in Caſtiglione delle Strivere da tre Sorelle, Cintia, Olimpia, e Gridonia, figliuole di Ridolfo Gonzaga Principe di Caſtiglione, circa l'anno 1608., ed inſieme n'ereſſero un'altro alli Padri della Compagnia di Gieſù, deſideroſe d'imitare l'Iſtituto di quelli, e da'medeſimi eſſere dirette nella via dello ſpirito; che perciò nella feſta del B. Luigi Gonzaga, di cui erano nipoti, inſieme con altre tredici ſi traſferirono per abitarvi. Stabilì per eſſe alcune Regole di vivere il P. Virgilio Cepari, Uomo prattico nelle maſſime dello ſpirito, e furono approvate con l'oracolo della ſua voce dal Pontefice Paolo V. Queſte Vergini non hanno clauſura di Religioſe, ſono elette da Famiglie nobili, e di buoni coſtumi, provate per un'anno ſi ammettono nel Collegio, profeſſano voto di caſtità, promettono con giuramento di vivere in eſſo fino alla morte; in terzo luogo promettono di ubidire alla Superiora. Oltre queſta vi è una, che col nome di Miniſtra hà cura dell'economia, e governo della Caſa. Da queſta ſi trasferiſcono alla Chieſa della Compagnia di Gieſù, ove frequentano li Sagramenti tre volte la ſettimana. Ogni Sabbato digiunano, nel Mercordì non mangiano carne; nel Venerdì ſi aſtengono dalla cena, e fanno la diſciplina. Due volte l'anno, cioè nel giorno della Circonciſione, e feſta del B. Luigi rinovano i loro voti. Vollero eſſere chiamate Vergini del Collegio di Gieſù; onde nella prima impreſſione da noi pubblicata, per falſa relazione avuta, ſcorſe l'errore di chiamarle Vergini Orſoline di Caſtiglione.

Altre coſe di queſto nobiliſſimo Collegio raccontano il P. Conrado Janningo nel tom. 4. de' Santi di Giugno pag. 318. Il P. Savazino nella Vita di Olimpia Gonzaga cap. 6. ed il P. Manzino delle Azzioni del B. Luigi lib. 4. cap ult.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Virgo Deo deuota Rauennæ

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

XXX

VIRGINES DEO DEVOTÆ Ravennæ.

VEnerabilis Virgo Margarita, nata in Oppido, cui nomen Ruſſi, in Ditione Ravennatenſi ex Molliorum familia à prima infantia illuſtres Sanctimoniæ notas oſtendit; Tres annos ætatis agebat, cum oculis orbata eſt, & conſentaneum viſum fuit terrenarum rerum aſpectu privari, quæ ad divinarum tantùm contemplationem nata eſſet. A quinto ætatis anno nudis pedibus ſemper inceſſit, jejuniis, ciliciis, vigiliis corpus affligebat, & humi, aut ſuprà ſarmenta, quietem modicam capiebat. Plurimi Sanctimoniæ ejus odore capti, ſe ad eam conferebant, ut ſubindè plures, quàm trecenti ex ejus præceptis penderent, eaque duce in Evangelicæ perfectionis uterentur, & meritò eam vitæ Magiſtram appellabant. Plures Virgines erant, quæ ſe Deo Virginitatis voto manciparunt. Inter omnes celeberrima ejus Diſcipula fuit Gentilis Matrona ſanctiſſima, cujus virtutes deſcripſit inter cœteros Sylvanus Razzi, & Ferrarius apud Bollandum 28. Januarii. Illa cum Magiſtra jacet ſepulta; multa prædixit Margarita, præſertim mutandam eſſe domumGentilis inTemplum, in quo nova Sacerdotum Religio miniſtreret. Regulas ab illis ſervandas ſtatuit, eaſque antè obitum ſibi à Deo prædictum Gentili tradidit. De progreſſu, & fine earum Virginum, quæ ſua directione Margaritæ vivebant, nihil referunt Auctores, nec de indumento, quo uterentur. Antiquæ imagines Margaritæ, & Gentilis runicam albam, pallium nigrum, & caput albo velamine circumdatum oſtendunt; recentiores veſtem cum pallio nigram habent. Hìc Margaritam expreſſimus nudis pedibus incedentem, & baculo innixam, ex antiqua icone acceptam.

XXX

VERGINI conſagrate a DIO in Ravenna.

NAcque nel Caſtellò Ruſſi, poco lontano da Ravenna, Margarita dalla famiglia de' Molli, e nell'età di trè anni reſtò cieca, ma illuminata da Dio nella mente, s'incaminò per la vera ſtrada del Cielo. Dalla età di cinque anni caminò fino alla morte a piedi nudi; e dalli ſette coſtumò mangiare una ſola volta il giorno ſolo pane, ed acqua; dormì ſempre o ſopra la nuda terra, o ſopra faſcine, conſagrò con voto la ſua Verginità a Dio, e ſi macerava con molte penitenze. Si ritirò poi in un Colle, detto di S. Pancrazio, ed ivi, oltre molte altre perſone, le quali vivevano conforme alli di lei documenti, radunò molte Zitelle, che iſtruiva con i dogmi della perfezzione Criſtiana, onde quaſi tutte ſi dedicorno a Dio con voto, e comunemente era chiamata la Maeſtra. Prediſſe molte coſe future, e frà le altre, che ſi doveva convertire in Chieſa la Caſa della B. Gentile ſua Diſcepola, ed ivi iſtruirſi una Religione di Sacerdoti con il titolo del buon Gieſù; che perciò dettò Regole per eſſa, e conſegnolle a Gentile prima della ſua morte, predettale da Dio. Morì nel 1505. ed inſieme con la B. Gentile è ſepolta in Ravenna, e ſi tiene con molta venerazione. Qual fine, e progreſſo aveſſe queſta pia Adunanza di Fanciulle oblate ſotto la direzione di Margarita, non ſi riferiſce dagl'Iſtorici, nè tampoco come andaſſero veſtite. In alcune imagini antiche, che ſono in Ravenna di queſte due Sante Donne, ſi vede una tonaca bianca, un manto nero, e la teſta involta con panno bianco; in altre più moderne l'abito è tutto nero. Quì ſi è poſta l'Imagine di Margarita maeſtra di tutte ſcalza, e perche cieca, appoggiata ad un baſtone.

Di eſſa ſcriſſero Girolamo Fabri nelle memorie di Ravenna part. 1. pag 140. Filippo Ferrari, ed il Bollando alli 28. di Gennaro.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Poenitens in domo S. Crucis Romę

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

XXXI
Congregatio
MULIERUM PÆNITENTIUM
dicta S. Crucis.

ANno 1615. Ven. P. Dominicus, à Jeſu, & Maria dictus, Carmelita Diſcalceatus Dei amore incenſus, ne criminibus inhoneſtarum Fœminarum ejus bonitas contemneretur, aliquot ejus generis in parva domo collocavit, illis alimenta præbens ex eleemoſynis ab amicis acceptis, donec vel ab honeſto Viro in uxores eligerentur, vel in Cœnobio aliquo Sanctimonialium poſſent ſeſe Deo votis mancipare. Huic pio operi liberali manu auxilia præbuit nobilis Vir Alexander Palutius; deindè omnibus, quæ in ea domo numerabantur cupidò inceſſit veſtem nigrâ induendi, & detonſis capillis velamen geſtandi, quo communiter Sanctimoniales utuntur, & quandam vivendi normam omnibus communem ſub Regula S. Auguſtini ſibi præſcripſerunt, cum libertate tamen eligendi alium vitæ ſtatum, qui ſibi magis placuerit; Veſtem proindè ab uno è ſacro Cardinalium Collegio, in Protectorem electo, devotè acceperunt ritu non abſimili, quo in oblatione Sanctimonialium utitur Eccleſia. Deficientibus poſteà eleemoſynarum ſubſidiis, ne hoc ſanctum opus penitùs deficeret, decretum fuit, ut quæcunque cuperet in earum numerum admitti, aliquam pecuniæ ſummam, eo modo, quo poſſet, in dotem erogaret; qua de cauſa permultæ numerantur in hac domo ad eodem P. Dominico extructa eleemoſynis ſibi traditis à Sereniſs. utriuſq; Bavariæ Duce, & alimenta recipiunt ab annuis penſionibus illis ſolutis à Collegio de Propaganda Fide dicto, ex mandato Eminentiſs. Card. S. Honuphrii Urbani VIII. fratre: Vivunt ſub regimine Congregationis aliquorum nobilium Virorum, cui præeſt Cardin. Protector, vel ejus vice aliquis Rom. Curiæ Prælatus, præter tres Sacerdotes, quorum unus Sacramenta miniſtrat. Tunica veſtiuntur alba, ſuprà quam aliam nigram gerunt zona coriacea præcinctam, loco ſcapularis gremiale lineum album geſtant, ſicuti capite velamen album, ocreis pedes calceatos defendunt. Bis in anno domo exeunt in curribus ad viſitandas Urbis Eccleſias, & in itinere gremiale nigro laneo, & velamine pariter nigro ſuprà album exornantur.

XXXI
Congregazione
DI DONNE PENITENTI,
detta di S. Croce.

NEll'an. 1615. il P. Domenico di Gieſù, e Maria Carmelitano Scalzo, moſſo dall'amor di Dio, radunò in una picciola caſa alcune Donne, accioche, doppo eſſerſi trovate in occaſione di perdere l'oneſtà, foſſero lontane dal pericolo di offendere Dio; ed egli ſteſſo cercava elemoſine da Perſone amorevoli per il mantenimento, ſinche trovaſſero occaſione o di maritarſi, o di eſſere accettate in qualche Monaſtero. Ajutò queſta ſanta opera Baldaſſarre Paluzzi Nobile Romano con larghe contribuzioni; Paſſato qualche tempo deſiderorno queſte Donne di portare abito di Monaca, ed eſſere chiamate Oblate, ſenza però profeſſare voti religioſi, onde riſolverono vivere ſotto la Regola di S. Agoſtino, e veſtire tonaca nera, tagliarſi i capelli, vivere con direzione di Coſtituzioni particolari, ma libere per eleggere altro ſtato di vita, quendo a loro piaceſſe. Incominciorono perciò a prendere queſt'abito da un Cardinale, eletto per Protettore, e celebrare tuste le funzioni ſolite di chi elegge lo ſtato religioſo. Mancando poi le limoſine, fù determinato, che chi voleva vivere frà eſſe, pagaſſe qualche dote, ſecondo la condizione, e poſſibilità di ciaſcuna a giudizio de'Superiori. Ciò ſi è pratticato fino al tempo preſente, onde molte ne ſono ſtate ammeſſe nella Caſa fabricata dal medeſimo Padre Domenico inſieme con la Chieſa con le limoſine ricevute dal Duca di Baviera, e per gli alimenti furono aſſegnate alcune penſioni annue dal Card. Sant'Onofrio fratello di Urbano VIII. pagate dal Collegio, detto di Propaganda. Il governo di eſſe ò diretto da una Congregazione di Deputati, Uomini di prudenza, de'quali è capo un Cardinale, ed un Prelato, detto Vice-protettore, oltre il Confeſſore, e due Cappellani. Veſtono tonaca bianca, e ſopra di eſſa un'altra nera cinta con cintura di pelle, il velo del capo è bianco, ſiccome il ſogolo; non hanno pazienza, ma in vecc d'eſſa portano per caſa un zinale bianco, e calzate uſano le pianelle; due volte l'anno viſitano in Carrozza le ſette Chieſe, ed allora portano un'altro velo nero in capo, e un zinale di ſaja parimente nera.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

32

Virgo Collegij Halensis

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

XXXII

Collegium

VIRGINUM HALÆ.

EX Auguſtiſs.Ferdinandi Imp.ſobole tres filiæ Magdalena,Margarita, atque Helena, annos æternos in mente habentes, & amorem cęleſtis Sponſi Regum nuptiis præferentes,ſibique, & Deo ſeorſim vivere vitam ab Aulæ tumultu, & ſæculi faſtu remotam cupidæ, nolentes tamen illam ordiri in aliquo Parthenone Religioſi cujuſvis Ordinis, ne privarentur probata ſibi longo uſu inſtitutione Patrum Soc.Jeſu, conſtituerunt novum ſibi Parthenonem excitare, ibique unà cum aliis in ſocietatē ſuam cooptandis Virginibus, nobiliter natis, Deo ſervire ſub diſciplina ſpirituali prædictorum Patrum, locus electus eſt Hala Urbs Tyrolis. Qua de cauſa convenerunt per literas Oeniponi(ubi commorabantur) S.P Franciſcum Borgiam, Romæ per id temporis Præpoſitum Generalem, qui rogatus facultatem fundandi Patribus noſtris Collegium, volens, lubenſque conceſſit. Exindè ſtatim Halis accommodatæ ſunt Ædes & Virginibus, & Patribus,ſecunda ſacri Advent. Dominica an.1569.Magdalena, & Helena (Margarita jam ſanctè obierat) Ferdinandi Cæſaris filiæ, quæ in magna vitæ ſanctimonia perpetuæ vitæ ſe dederant integritati Oeniponto Halam commigrarunt, ac poſteà ipſi S. Nicolao ſacra die aliquot Patres illas eò ſequuti ſunt. Votum ſolemne caſtitatis profitentur uſque ad mortem ſervandum;inſuper earum Antiſtiti promittunt obedientiam, & paupertatem,quare ſine illius facultate eis nō licet de ulla re diſponere. Tempus ante meridiem totum in orationibus impendunt, horas poſtmeridianas laboribus etiam abjectis diſtinguunt. Tunica, qua domi utuntur, eſt lanea nigri coloris à tergo longior & caudata; capitium eſt tantùm ex filo ſerico nigro, niger etiam eſt pileolus; collare,& ricinum frontem ambiens eſt album.

Conradus Janningus in Actis Sanctor. Junii tom.4. pag.317. Sacchinus hiſt.Soc.par.3.lib.5. num.94.

XXXII

Congregazione

DI VERGINI in HALL.

DEſideroſe di rinunziare alle pompe del Mondo, e vivere ſeparate dalla Corte Imperiale Maddalena, Elena, e Margarita, figliuole di Ferdinando I. Imperatore,nè inclinando a ritirarſi in alcun Monaſtero di Vergini già fondato, per non privarſi della direzione de'Padri della Compagnia di Gieſù, da loro per molti anni eſperimentata,riſolverono di fondare una Caſa in Hala, Città del Tirolo, nella quale poteſſero vivere inſieme con molte Vergini, ſcelte da nobili Famiglie, e fondare anche un Collegio per li medeſimi Padri,dalli quali foſsero governate nella via dello ſpirito. Ottenuta perciò la facoltà da S.Franceſco Borgia, allora Generale della Compagnia, ſi poſe mano alla fabbrica di amendue i Collegii, ed in breve compiti, nell'anno 1569. vi ſi trasferirono nella Domenica ſeconda dell'Avvento le due Principeſse Maddalena, ed Elena ſolamente, eſsendo morta ſantamente la terza ſorella Margarita, e poi furono ſeguitate da alcuni ſoggetti della Compagnia di Gieſù, i quali nel giorno dedicato a S. Nicolò andorno ad abitare la Caſa per loro deputata Profeſsano queſte Vergini voto ſolenne di caſtità perpetua, promettono alla Superiora obedienza, e povertà, onde non poſsono ſenza licenza di eſsa diſporre di coſa alcuna. Le ore della mattina ſono diſtribuite in eſercizj di pietà, ed orazione; nel doppo deſinare ſi applicano ad eſercizj corporali, e ſervili. Il loro veſtito in caſa è d'una tonaca di lana nera lunga ſino a piedi, e nella parte poſteriore pende per terra; nero anche è un berettone, che portano in teſta velata da velo bianco, ſiccome bianco è un collaro ſtretto attorno il collo, come ſi è eſpreſso nella figura eſpoſta.

Janningo negli Atti de'Santi to.4. di Giugno pag.317. Sacchino part.3. hiſt. Soc. lib.5. num. 94.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

33

Virgo Halensis extra Domum

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Eadem Virgo

HALENSIS COLLEGII

extrà Domum.

PRædictæ Virgines in Halenſe Parthenone commorantes, cum clauſura religioſa non teneantur obſtrictę ſingulis diebus domo exeunt, ut in Templo Soc. Jeſu Sacris interſint. In eo etiam confitentur, & ſacram Sinaxim ſtatutis diebus excipiunt. Intrà annum bis, vel ter extrà Urbem ad deambulandum, vel prædia, quæ poſſident, adeunda, longo ordine, & conjunctim exeunt. Nunquã tamen iis permiſſum eſt ullã Urbis domum, etſi paternã, adire. Extrà domum, pileolo depoſito, pileum gerunt laneum Viris commune, adduntque pallium pariter nigrum circà lumbos protenſum, modeſtè tamen & graviter incedunt, ut nobiles Virgines decet.

XXXIII

La medeſima Vergine

DI HALL

fuori del Collegio.

LE ſudette Vergini della Congregazione di Hall non vollero obbligarſi alla Vita in tutto religioſa, onde non ſono tenute alle leggi di perfetta Clauſura; che perciò ogni giorno eſcono di Caſa, e viſitano la Chieſa della Compagnìa di Gieſù, ove odono Meſſa; e nelli giorni determinati ſi confeſſano, e ſi communicano con molta edificazioae del Popolo. Alcune volte anche fra l'anno eſcono dalla Città per fare eſercizio corporale, o per viſitare li Poderi da eſſe poſſeduti; Vanno ſempre a due a due diſtribuite a modo di proceſſione. A niuna è lecito andare in altre caſe, eziandio paterne, nè meno a titolo di viſitare perſone inferme. Quando eſcono di caſa, depoſto il berrettone, uſano il cappello di lana nera come gl'Uomini, ed un mantelletto di panno nero lungo fino alla cintura; ed in tutto il portamento riſplende gravità, e modeſtia, come dimoſtra l'imagine quì eſpoſta.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Alumnus Collegij Anglicani

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

XXXIV

Alumnus
COLLEGII ANGLICANI.

PRæclara, ac ſemper celebranda Gregorii XIII. liberalis charitas, ad egenorum inopiam ſublevandam ſemper addicta, ſuum patrocinium deſiderari à Regno Anglicano non permiſit, dùm miſerrimum ſtatum ob Hæreticorum pravitatem, & Reginæ Eliſabethæ ſævitiam afflictum deplorabat. Collegium proindè Romæ erexit, dotavitq;anno 1579. in quo Juvenes Angli alerentur,& pietate ſimul, ac ſcientiis inſtructi,poſſent deindè hæreticæ pravitati ſeſe opponere, & Eccleſiæ Romanæ, Fideique Catholicæ jura defendere. Ad hunc finem juramento ſeſe obligant, cùm in illud admittuntur, gaudentque privilegiis à Summo Pontifice conceſſis ſub regimine Patrum Soc. Jeſu, illis ab eodem Pontifice commiſſo: Protectorem habent unum ex Collegio S. R. E. Purpurato, quorum primus Cardinalis Moronus extitit. Seminarium Heroum ſemper fuit tale Collegium. Ex eo enim ad fidem propagandam profecti ſunt quam plurimi virtute,doctrina, & zelo præclari infulati Antiſtites, glorioſique Martyres, qui pro Fide Romana tuenda ſanguinem effuderunt. Hiſce de cauſis Gregorius XIV. ſubſidia, & annuas penſiones addidit. S Carolus Borrom. ejus Alumnos non rarò commenſales habebat;& S.Philippus Nerius eoſdem amplectebatur, ut amorem ſuum omnibus ſignificaret. Præclare de ipſo Collegio Baronius in annot ad Martyrol. die 29. Decemb. his verbis ſcripſit: Viſere meruit ſæculum noſtrum hac ex parte feliciſſimum quamplurimos Thomas,Sanctiſſimos Sacerdotes, alioſque nobiliſſimos Viros, quos Romanum, quos Rhemenſe ſacra Collegia, quæ dixerim celſas Turres, & fortiſſima propugnacula Fidei emiſerunt ad triumphos, & provocaverunt ad coronas &c. Veſte utuntur duplici nigra, interior cingulo circà lumbos circumdatur, è ſuperiori teniæ longæ dependent, circà collum linea ex induſio alba apparet. Domi biretum clericale geſtant.

Ex Bulla Erectionis Colleg. Quoniam bonitas, 3. April. 1579. *Daniel Bartholus hiſt. Anglic. lib.* 3.

XXXIV

Alunno
del COLLEGIO ANGLICANO.

NOn laſciò Gregorio XIII. di porgere con la ſua paterna,e liberale carità alla povera Criſtinità dell'Inghilterra perſeguitata dagl'Eretici, e dalla fierezza della Regina Eliſabetta; onde ereſſe un rifugio a' poveri perſeguitati, e un propugnacolo contro la malvaggità degli Eretici. Fù queſto un Collegio, in cui i Giovani Ingleſi poteſſero alimentarſi, e apprendere le ſcienze, e la diſciplina Eccleſiaſtica per poi tornare nel Regno, e difendere anche con la vita la Religione Cattolica, che perciò ne fanno giuramento, quando vi ſono ammeſſi. Dotò il S. Pontefice queſto Collegio di molti privilegii, e ne diede la cura alli Padri della Compagnia di Gieſù,e aſſegnò un Cardinale Protettore, e fù il primo il Card. Morone. Hà prodotto queſto Collegio gran frutto a quella Criſtianità, e da eſſo ſono uſciti Soggetti inſigni, e molti glorioſi Martiri della Fede, oltre molti Eretici convertiti in Roma dall' eſempio, ed eſſortazioni di queſti zelanti Alunni. Fù anche il Collegio beneficato da Gregorio XIV. con penſione di 50 ſcudi il meſe. S. Carlo Borromeo ſtimò ſempre queſti Alunni, e teneva ſpeſſo alcuni di eſſi alla ſua Menſa. S. Filippo gli abbracciava con ſegni di ſtraordinario affetto. Di eſſo Collegio così ſcriſſe il Card. Baronio nelle annotazioni del Martirologio alli 29. di Decemb. Hà meritato di vedere il noſtro ſecolo molti coronati di martirio, e molti Tomaſi, e trà gli altri quelli, che la Compagnia di Gieſù, a guiſa di Agnelli innocenti dentro del loro ovile iſtruiti, alla pugna alimentò, ed offerì vittime glorioſe al martirio, e quelli, che partorirono intrepidi Eroi alla Chieſa i Collegii Romano, Remenſe, ed altri fondati in ajuto di quella travagliata Criſtianità dell' Inghilterra &c. Veſtono ſottana cinta,e una ſopraveſte con maniche lunghe pendenti dalle ſpalle ambedue nere; in caſa portano berretta clericale.

P. Daniele Bartoli hiſt. Angl. lib. 3. *Bulla Erectionis Colleg. Quoniam bonitas*, 3. *April* 1570.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Alumnus Collegij Capranicensis

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

XXXV

Alumnus

COLLEGII CAPRANICENSIS.

CArdinalis Dominicus Capranica, Tituli S. Crucis in Hieruſalem, Firmanus Archiepiſcopus, & Major Pœnitentiarius, duodecim Apoſtolicis Legationibus clarus, ut ſcriptum eſt ſuprà ejus Sepulchrum in Templo B. Virginis ſuprà Minervam, referente Ciacconio, Domum ſibi ædificatam in Regione Columnæ, moriens gymnaſium eſſe voluit, ad quod plurimi Adoleſcentes diſcendi ſtudio diverterent, & iis neceſſaria ad victum conſtituit, magna pecuniarum ſumma in eum uſum erogata. Decrevit in ea Bibliothecam ad communem Doctorum hominum utilitatem, in qua ad duo millia volumina congeſſerat. Hanc tamen domum Angelus Capranica frater, ad dignitatem Cardinalis à Pio II. evocatus, ſuo uſui reſervatam inhabitavit, & nè laudabilis voluntas fratris irrita eſſet anno 1460. regnante Pio II. contiguum illi Gymnaſium magnificè conſtruxit, quod hodiè in Urbe extat, & Collegium Capranicenſe nominatur. Huc uſquè Ciacconius: Juvenes in eo ſuprà triginta, ſeptem annorum ſpatio aluntur, quorum quatuor Excellentiſs. Comeſtabilis Columna ex honeſtis familiis deputat; Septem Hæredes Familiæ Capranicæ. Quatuordecim Regionum Romanarum Capita; unum Epiſcopus Anconitanus. Alium Firmanus Archiepiſcopus. Alium Abbas Septimi in Diœceſi Florentina. Præſident huic Collegio aliqui Viri nobiles ex ſodalitate S. Salvatoris ad Sancta Sanctorum dicti. Non ſtudiis tantùm, ſed piis exercitationibus dant operam, ſi optimè profecerint, lauream Doctoris conſequi poſſunt. Ab anno 1659. ob decretum Viſitationis Apoſtolicæ ſub Aleſſandro VII. veſte utuntur nigra ad genua producta, ſuprà quam alia longior eſt in parte anteriori aperta, ut mos eſt aliquorum Collegiorum Alumnis, faſciis cianeis ſericis à cœteris diſtincta; linea colli, & manuum ornamenta ſunt ejus generis, quod Eccleſiaſticos Viros decet.

XXXV

Alunno

del COLLEGIO CAPRANICA.

IL Cardinale Domenico Capranica celebre per dodici Legazioni fatte per la Santa Sede Apoſtolica, Arciveſcovo di Fermo, e Sommo Penitenziere, come ſi legge nella iſcrizzione del ſuo Sepolcro nel Tempio di S. Maria, detto della Minerva, trà le altre opere inſigni fondò un Colleggio, chiamato dal di lui cognome, Capranica, per mantenere Scolari Chierici, deſtinati allo ſtato Eccleſiaſtico l'anno 1458. e nell'anno 1460. fu eretto dal Card. Angelo Capranica, fratello di lui, ſotto il Ponteficato di Pio II. con fabricare una Caſa a queſt'effetto, volendo egli abitare in quella, laſciata per gli Alunni ſudetti. Fù preſcritto il numero di trentadue, quattro de'quali ſi eleggono dall'Eccellentiſs. Sig. Conteſtabile Colonna, nati nelli ſuoi Stati, o Romani; ſette ſi aſſegnano dalla Caſa Capranica; quattordici ſi eleggono dalli Rioni di Roma; uno dal Veſcovo di Ancona; uno dall'Arciveſcovo di Fermo; uno dall'Abbate di Settimo, Dioceſi di Fiorenza. Vivono queſti Giovani ſotto la cura d'un Rettore Eccleſiaſtico, ed il governo dipende da' Signori Deputati dell' Archiconfraternita del SS. Salvatore, detto à Sancta Sanctorum. Devono eſſere i detti Alunni di Famiglie onorate, e povere, di buoni coſtumi, d'ingegno, ed uſciti dalli ſtudii minori; ſono alimentati per ſette anni, e doppo li ſtudii poſſono eſſere promoſſi alla laurea del Dottorato. Nell'anno 1659. nella Viſita Apoſtolica di Aleſſandro VII. fu determinato, che uſaſſero la veſte conforme molti altri Alunni di varii Collegii, che perciò veſtono una ſottana lunga ſino al ginocchio, e ſopra di eſſa un'altra talare aperta avanti il petto, nera orlata di alcune moſtre di ſeta di colore pavonazzo; portano il collaro, e manichetti all'uſo Eccleſiaſtico frequentano le Scuole del Collegio Romano, ove ſono ammaeſtrati non ſolamente nelle ſcienze, ma nelle opere di pietà criſtiana.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Alumnus Collegii Fuccioli

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

XXXVI

Alumnus

COLLEGII FUCCIOLI.

ANtonius Fuccioli Præſul, Patria Tifernas, cùm Leonis XI. & Pauli V. Pontificum a Secretis fuiſſet, anno 1623. ſuæ vitæ ultimo, Collegium erexit ſub invocatione Sanctorum Joannis, & Caroli, quod communiter Fuccioli appellatur. Ejus regendi curam commiſit Præpoſito Gen. Soc. Jeſu approbans quidquid ille pro bono regimine ejuſdem Collegii aptius judicaret. Ab eodem Præpoſito Generali Vir eligitur è Societate, qui tales Juvenes, tanquàm Pater regat, & cujus arbitrio duo Adminiſtri Sacerdotes, & duo Famuli dependent. Duodenarium numerum ut plurimùm non excedunt, ex illis octo Tifernates ſunt, quatuor verò in Pontificia ditione nati. Ex illis duos P. Generalis Societatis Jeſu eligit; Alterum Præpoſitus Gener. Clericorum Regularium, qui Theatini dicuntur; Tertium Collegium Canonicorum Tiferni; Quartum Rector Collegii Soc. Jeſu in ea Urbe erecti; Quintum Magiſtratus ejuſdem Urbis; Sextum Officiales Archiconfraternitatis, quæ Charitatis dicitur; Cœteros Familiæ Fucciolæ Hæredes. Ut in Collegium admittantur ad ſuperiores facultates, Philoſophiæ, & Theologiæ addiſcendas requiruntur idonei, & prima Eccleſiaſtica Tonſura inſigniti. Tenentur ad recitandum Officium B. Virginis ſingulis diebus; Veſtem nigram uſque ad genua productam gerunt, cui aliam longiorem, etiam nigram ſuperponunt. Facilè ab aliis diſtinguntur ob appendices, quas gerunt, ex carbaſo candido, & corrugato manicis additas. Studiis in Collegio Romano Soc. Jeſu vacant, & cum litteris pietatem colunt in ſodalitio ſub Sanctiſſimæ Conceptionis titulo aliquorum Collegiorum Alumnis erecto.

XXXVI

Alunno

DEL COLLEGIO FUCCIOLI.

MOnſig. Antonio Fuccioli, nato nella Città di Caſtello, ſtato Segretario di Papa Leone XI. e di Paolo V. nell' anno 1623. in cui morì, iſtituì queſto Collegio, dedicandolo alli SS Giovanni, e Carlo, detto poi dal ſuo cognome Fucciolo, e fù aperto nel 1646. e lo laſciò ſotto la cura, e protezzione del P Generale pro tempore della Compagnia di Gesù, a cui diede ampia facoltà di fare Coſtituzioni, e quanto giudicaſſe bene per il medeſimo Collegio. Perciò da lui è deputato un Padre, che ne abbia cura, da cui dipendono, come anche gl'Offiziali, quali lo ſervono. Laſciò entrate per mantenere dodici Giovani, un Rettore, un Prefetto, e due Servitori; Otto di eſſi devono eſſere nati in Città di Caſtello; gli altri dello Stato Eccleſiaſtico Uno viene eletto dal Veſcovo della Città; Due dal P. Generale della Compagnia di Gesù; Uno dal P. Generale delli Teatini; Uno dal Capitolo delli Canonici; Uno dal Rettore del Collegio della Città medeſima; Un'altro dal Magiſtrato di eſſa; Uno dalli Deputati dell'Archiconfraternità della Carità; Altri quattro dalli Parenti più proſſimi del Fondatore. Devono queſti Giovani eſſere abili per le Scuole ſuperiori di Filoſofia, e Teologia, ed avere la prima Tonſura Hanno obbligo di recitare ogni giorno l'Offizio della SS. Vergine. Veſtono con Giuſtacore lungo fino alle ginocchia, e ſopra eſſo hanno veſte lunga, aperta nella parte anteriore; il tutto è di color nero, e a diferenza degl'altri uſano manichetti da ſecolari. Studiano nelle Scuole del Collegio Romano, ove nelle feſte frequentano la Congregazione della SS. Concezzione con altri Alunni, ove ſono coltivati nella pietà, e divozione.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte



Alumnus Collegii Germanici

Museo Nacional de Antropología · MADRID ·

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Alumnus Collegij Germanici

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

XXXVII
Alumnus Collegii GERMANICI, & HUNGARICI.

Conabatur S. Ignatius Lojola vitioſas Reipublicæ Chriſtianæ partes emendare, præſertim Germaniæ, quæ omnium maximè laborabat cum Jo: Morono Cardinali illato ſermone. Cenſuit ſingulari prudentia Vir, firmiſſimum ad tollendas hæreſes præſidium fore, ſi Paſtores in ea præficerentur tales, qui & vitæ ſanctimonia, & integritate doctrinæ vitia, quæ Clericorum erroribus, & contaminatis moribus irrepſiſſent, radicitùs extirparent. Quamobrem commodiſſimum eſſe Collegium in Urbe condere, ubi Germanorum delecta Juventus Catholicos Ritus, literaſque perdiſceret. Probavit conſilium Moronus cum Card. Sanctacrucio, & rem ad Pont. Julium III. detulit, quam etiam ipſe probavit ann. 1552. & Collegium erigi juſſit, quod nullis firmatum redditibus Julius, & aliquot Cardinales ſubſtentabant; mortuo deindè Julio, deficientibus ſubſidiis, Ignatius Juventutem illam in variis Societatis Ædibus collocavit, aluitque donec an. 1573. Greg. XIII. liberalitate Collegium confirmatum fuit, eique aſſignatus eſt annuus cenſus, ut eo tempore quinquaginta ſuprà centum alerentur Adoleſcentes optimæ indolis, ac ſpei, inter quos duodecim è gente Hungara præſcripſit, & Regulas ſtabilivit, atque eorum curam Soc. Jeſu commiſit, ſub protectione aliquorum Cardinalium. Ædem etiam tribuit, & Templum S. Apollinaris, adivit ipſe domicilium, omneſque alloquutus eſt, quo ſpectaculo vertit in ſe omnium ora, & corda, præſertim Principum Romanorum. Affirmare licet, eam eſſe Collegii gloriam, & ſi quid incrementi cępit Religio, in Septentrione hinc potiſſimùm ferat acceptū, nam omnes ferè artes, quibus hæreſes debellantur hic poſuit. In hoc Collegio ſcientiis imbuti fuere quamplures Eccleſiarum Antiſtites, zelo, religione, & pietate præclari. Veſte lanea rubra Sacerdotum more induti vivunt Alumni, circà lumbos præcincti cingulo nigro, cui aliam ſuperimponunt pariter rubram, cum teniis ab humeris uſque ad talos productis, nigrum pileum extrà domum capite geſtant.

Orlandinus hiſt. Soc. lib. 12. *Hieron. Cattan. in Paneg. de Colleg. Germ. & Bulla fundat.*

XXXVII
Alunno del Collegio GERMANICO, & UNGARICO.

Sant'Ignazio Lojola, il di cui zelo Apoſtolico è noto a tutto il Mondo, vedendo i danni cagionati nelle parti della Germania dall'Ereſia di Lutèro, e di Calvino, meditò di opporſi ad eſſi con fondare un Collegio in Roma, in cui ſi alimentaſſero per alcuni anni Giovani di quella Nazione, i quali bene iſtruiti nelle lettere, e pietà Criſtiana poteſſero nelle loro Patrie riſarcire i danni cagionati dagl'Eretici; Approvò queſta idea il Card. Morone con il Card. S. Croce, e queſti con il Pont. Giulio III. onde nel 1552. potè dare principio a queſto Collegio alimentato con limoſine del Papa, e di alcuni liberali Cardinali. Mancati poi i ſuſſidii per la morte del Pontefice, e ſopravenuta la careſtia, il medeſimo Santo diſtribuì queſti Giovani in diverſi Collegii della ſua Religione, procurando intanto elemoſine per ſoſtentarli. Aſſunto poi Gregorio XIII. al Ponteficato, conſiderando queſta grande impreſa, confermò il Collegio nel 1573. preſcriſſe Regole per il buon governo di eſſo, ne diede la cura alli Padri della Compagnia di Gesù, aſſegnò la Chieſa di S. Appollinare, e caſe vicine, e ordinò, che à ſue ſpeſe ſi alimentaſſero cento cinquanta Giovani della Nazione Tedeſca trà i quali foſſero dodici Ungari; e volle, che alcuni Cardinali foſſero Protettori di eſſi. La veſte loro preſcritta è qual ſi vede nella imagine, tutta di lana, di colore roſſo, la ſottana è cinta con faſcia nera, ſiccome nere ſono le ſcarpe, e il cappello, con cui eſcono fuori di caſa, e aggiungono una ſoprana, a cui ſono congiunte due lunghe faſcie pendenti dalle ſpalle ſino a terra. Da queſto Collegio ſono uſciti in ogni tempo Eccleſiaſtici inſigni in lettere, e pietà, zelanti della Religione. Li Principi di Germania ſe ne ſervono per Conſiglieri, per direttori nelle ſagre cerimonie, per Ambaſciatori a'Principi in materie di Religione, e di Governi per il ben publico. Nel tēpo paſſato vi dimorarono anche Convittori Italiani, de'quali molti furono inſigni Perſonaggi di dottrina, e ſantità.

Dalla Bolla della Fondazione. Orlandino nell'Iſtor. della Compag. lib. 12. *Girolamo Cattaneo nel Paneg. del Collegio.*

K

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Alumnus Coll. Germanici in Templo

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

XXXVIII

Alumnus

COLLEGII GERMANICI

in Templo.

CUm inter decora, quibus Collegii Germanici Alumni Romæ celebrantur, ſtudium in primis emineat, quo ſacras in Templo actiones peragunt, imaginem eorum exponimus cum clericali bireto, & ſuperpelliceo indutam, quod in celebratione Divinorum Officiorum geſtant, ut aliquid ad tale ſtudium ſpectans innuamus. Adſunt igitur ſingulis feſtis diebus in publico Choro hinc inde tribus ordinibus diſtributi, cùm Sacrificium ſolemne peragitur, & Pſalmos Davidicos recitant, alternantibus Muſicorum vocibus, qui inter omnes præſtantiores eliguntur, atque Eccleſiæ Romanæ ritus exactiſſimè ſervant, quorum praxim deindè in Germaniæ Regionibus ſanctè retinent; qua de cauſa inter omnes ad Eccleſiaſticas dignitates eligendos cœteris præferri ſolent, ſuntque omnibus modeſtiæ, religionis, atque morum probitatis incitamenta. Hiſce de cauſis unũ Sum. Pont. Gregorium XV. hoc Collegium enumerat; treſdecim Romanæ Eccleſiæ Purpuratos Principes; quinque Sac. Rom. Imp. Electores; octo ſuprà decem Archiepiſcopos; Epiſcopos quinque ultrà octuaginta; decem Abbates mithra inſignitos, & Principes S.R. Imp. & alios plures Eccleſiaſticis minoribus Dignitatibus inſignitos, quorum labores in tuendis Eccleſiæ Rom. juribus hujus Collegii Annales referunt. Sunt in ipſius Collegii Aula multorum imagines, ex quibus in generalibus Germaniæ Comitiis aliquandò ſeptuaginta enumerati fuerunt. At omnibus longè antecellunt quinque fortiſſimi Viri, ſcilicèt Joannes Villarius, Robertus Janſont, Joannes Goffinus, Leo Hoffinan, & Marcus Stephanus Criſinus, qui proprium ſanguinem pro Fide Catholica effuderunt. Quapropter meritò Collegium hoc appellari poteſt Eccleſiæ Romanæ, & inclitæ Germanorum Nationis decus, præclarum inventum à S. Ignatio Lojola excogitatum, ac inſignePontificiæ liberalitatis monimentum.

XXXVIII

Alunno

del COLLEGIO GERMANICO

nella Chieſa.

ESſendo pregio particolare del Collegio Germanico lo ſtudio, con cui gli Alunni di eſſo attendono al culto della Chieſa, e Divini Offizii, ſi eſpone l'imagine di eſſi veſtita con cotta, e berretta clericale per aver campo di accennare alcune coſe ad eſſi ſpettanti. E' dunque di eſempio a tutta Roma l'aſſiduità, e modeſtia, con le quali nelli giorni feſtivi aſsiſtono pubblicamente nel Coro agli Offizii Divini, e Meſſe celebrate con eſquiſitezza di Muſica, e con eſatta oſſervanza delli Riti Eccleſiaſtici; che perciò nelle Chieſe principali della Germania gran parte delli Canonici ſono ſtati Alunni di queſto Collegio, quali trà gli altri mantengono un proprio carattere di modeſtia, per cui ſi diſtinguono; che perciò nell'elezzioni de'Veſcovi, e Canonici ſono per lo più preferiti gli Alunni di tale Collegio per la ſtima, che ſi hà della loro virtù, e dottrina. Hanno dato gran ſplendore alla Chieſa un Sommo Pontefice Gregorio XV. tredici Cardinali; cinque Elettori del S.R. Imp. dicidotto Arciveſcovi; dieci Abbati Mitrati, e Prencipi del S. Rom. Impero, oltre molti inſigni Eccleſiaſtici ottimi Operarii per la S. Fede Romana; ed in altre Diete Generali ſi è trovato tal volta aſcendere li Perſonaggi illuſtri Alunni di queſto Collegio fino al numero di ſettanta in una ſola volta. Delli più coſpicui ſe ne conſervano le imagini nella gran Sala del medeſimo Collegio. Sopra tutto fù pregio di queſto il ſangue ſparſo per la Fede da cinque illuſtri Alunni, cioè Giovanni Villario, Roberto Gianſont, Giovanni Goffino, Leone Hoffinan, e Marco Stefano Criſino: onde ſi può dire eſſere queſto Collegio un grande ornamento della Chieſa Cattolica, un bel parto del zelo di S. Ignazio, ed una grande opera della liberalità Pontificia, verſo della quale ſempre profeſſano affetto di veri figliuoli, nutriti col Patrimonio della Chieſa Romana.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

39

Alumnus Collegii Ghiſlerii

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

XXXIX

Alumnus

IN COLLEGIO GHISLERIO.

ANno 1656. Collegium inſtitutum fuit Romæ à Joſepho Ghislerio Romano, id ſuadente Ghelmino Crotto in Civitate Caſtellana nato. Scuta ſex centum annuatim ſolvenda aſſignavit pro ſuſtentatione ſex Juvenum, unius Sacerdotis, qui eidem præeſſet, & duorum Famulorum; & deindè facultatum quas poſſidebat, ipſum Collegium hæredis loco nominavit. Qua de cauſa Alumnorum numerus auctus fuit. Illos ſub protectione futuros voluit Excellentiſs. Familiæ Salviatæ; eorumque regimen Officialibus Congregationis SS. Salvatoris, ad Sancta Sanctorum dicti commendavit. Decrevit inſuper, ut ante annum decimum octavum ætatis Adoleſcentes in Collegium admitterentur, ibique quinque annorum ſpatio alerentur, è ditione Pontificia delecti partim ab Excellent. Ducibus Familiæ Salviatæ, partim ab Urbis Conſervatoribus, à Principe Sabello, à familia Ghisleria, & ab hæredibus Ghelmini. Ex bonis ejuſdem Collegii tria ſcuta ſingulis annis tribuuntur pro dote quadraginta Virginibus, dùm inter vivos illæ degunt. Alumni Scholas Collegii Rom. Soc. Jeſu quotidiè petunt, ut erudiantur. Veſte nigra ultrà genua induuntur, cui aliam addunt talarem, ante pectus apertam, teniis longis exornatam, circà pulſos lineas appendices more ſæcularium gerunt.

XXXIX

Alunno

Del COLLEGIO GHISLIERI.

FU' queſto Collegio eretto nell'anno 1656. da Giuſeppe Ghislieri Romano a perſuaſione di Ghelmino Crotti, nato in Civita Caſtellana, il quale Crotti aſſegnò ſc. ſeicento annui per alimentare ſei Giovani, un Sacerdote Rettore, e due Serventi, diede una Caſa, e poi lo laſciò erede, con ſoggettarlo alla protezzione degli Eccellentiſſimi Duchi Salviati; e per Deputati perpetui chiamò li Signori Guardiani del SS. Salvatore, detto ad Sancta Sanctorum. Ordinò, che tutti gli Alunni ſiano dello Stato Eccleſiaſtico, e che poſſano ſtare cinque anni nel Collegio, in cui poſſono eſſere ammeſſi, ſe paſsano li dicidotto anni di età, benchè per ſei ſoli ſia iſtituito, ſi accreſce il numero, ſecondo che permettono l'Entrate, e talvolta è ſtato il numero di ventiquattro. Alcuni di eſſi ſi eleggono dalla famiglia Salviati; alcuni dalli Conſervatori di Roma; altri dalla Caſa Savelli, ed altri dalla Caſa Ghislieri del Boſco, e dagli Eredi del ſopradetto Ghelmino. Hà il medeſimo Collegio il peſo di quaranta Doti annue di trè ſcudi l'anno durante la vita della Zitella dotata. Veſtono abito nero lungo poco più delle ginocchia, ſopra cui portano una ſopraveſte talare parimente nera, ed aperta come quella di molti altri Collegii, ed uſano manichetti all' uſanza de'ſecolari.

Abb. Carlo Bartolomeo Piazza delle Opere Pie tratt. 5. cap. 10.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

40

Alumnus Collegij Gymnasij

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

XL

Alumnus

COLLEGII GYMNASII.

INter pia opera, quæ in pauperum utilitatem patravit Dominicus Cardinalis Gymnaſius in ſacro Purpuratorum Collegio Decanus, extat Romæ Collegium Alumnorum, & Sanctimonialium Monaſterium ab ejus cognomine utrumque appellatum. Utrique ſuum Palatium addixit, ſed ut de Collegio tantùm ſermo fiat, illud aperuit anno 1636. regnante Urb. VIII. Summo Pontifice, in quo octo Juvenes, ad Clericalem ſtatum electi, de ſuo ære alerentur. Ejuſdem Cardinalis Hæredes illos eligunt, natos in Caſtro Bononienſi, in quo piiſſimus Fundator ad hanc lucem editus fuit: Regimen tamen eorum ſub uno immediato Sacerdote, octo Viris nobilibus commendatur. In Collegio Romano Societatis Jeſu ſcientias addiſcunt, & morum probitate ad Eccleſiaſtica munera exercenda diſponuntur. Extrà domum bini bini omnes procedunt, ut cœteri omnes Collegiorum Alumni, duplici nigra veſte induti, quæ ob tenias violacei coloris in interiori parte aſsutas ab aliis dignoſcitur, inſuper carbaſinis ornamentis eorum manus exornantur Laicorum more.

XL

Alunno

Del COLLEGIO GINNASIO.

IL Cardinale Domenico Ginnaſi, già Decano del Sagro Collegio, frà le altre opere, che fece in benefizio de' Poveri, fù il Collegio detto dal ſuo cognome Ginnaſio, ed un Monaſtero di Monache; eſsendo queſto di Monache di S. Tereſa, non richiede quì ſpeciale menzione. Per l'una, e l'altra opera concedè il ſuo Palazzo, e nell' anno 1636. vivente Urbano VIII. ereſse il Collegio per otto Alunni Chierici, deſtinati alla vita Eccleſiaſtica; la elezione de' quali ſpetta agli Eredi del medeſimo Cardinale, ma il governo di eſso, volle, che appartenefse ad otto Deputati. Devono queſti Giovani eſsere nativi del Caſtello Bologneſe, patria del medeſimo Cardinale. Vivono ſotto la cura d'un Rettore Sacerdote, ed attendono alli ſtudii nelle Scuole del Collegio Romano. Eſcono di caſa tutti aſſieme a due a due, conforme all'uſo di tutti gli altri Collegii. Il loro abito è nero, cioè un Giuſtacore, e ſopra eſso una Giubba ſino a terra, aperta nella parte interiore, ed orlata con moſtre di ſaja violacea, ed uſano i manichetti come i ſecolari.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Alumnus Collegij Gręcorum

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Alumnus

COLLEGII GRÆCORUM.

AD inclitum Gregorii XIII. nomen celebrandum nunquàm monumenta deerunt ob liberalitatem, qua ſingulis totius Orbis Nationibus beneficia contulit. Inter cœteras Græcorum Populi illam deprædicant ob Collegium præcipuè, quod Romæ fundavit, dotavitque, ut in eo Græci Juvenes bonis artibus, & fidei Catholicæ documentis imbuti, Schiſmaticorum errores evincerent, & Romanæ Eccleſiæ Primatum impigrè defenderent. Propè Collegium Templum etiã erexit, D. Anaſtaſio ſacrum in quo iidem Alumnus juxtà ritus Græcorum ſacra peragerent, & foverent unionem, quam ſemper Romana Eccleſia cum Græca in amoribus habuit. Purpuratum Principem Sanctæ Romanæ Eccleſiæ in Protectorem eidem Collegio deputavit, conceſſitque privilegia. Inter Alumnus numerantur aliquot Rutheni, Monachi S. Baſilii: Ex eo Collegio prodiere quamplurimi ſacris Antiſtites, qui zelo, probitate, & Doctrina Fidem Catholicam promoverunt in Regionibus Ruſſiæ, Poloniæ, & Lithuaniæ non voce tantùm, ſed eruditis voluminibus in lucem editis, quorum Authores permultos enumeravit in Euxeologio eruditus Abbas Carolus Bartholomæus Piazza tract. 5. cap. 5. Multi etiam ob Fidem Catholicam perſecutiones paſſi ſatis apertè demonſtrarunt, quàm validum propugnaculum exiſtat Græcorum Romæ Collegium, contrà Schiſmaticos, & Hæreticorum audaciam. Tunicam gerunt Alumni coloris violacei, faſcia rubra circà lumbos præcinctam, cui aliam ſuperimponunt ejuſdem coloris habentem manicas ſatis amplas, Monachorum Græcorum more. Extrà domum pileo vulgari caput contegunt; domi verò quodam bireto nigro villoſo ſerico circumdato, ut expreſſimus in imagine. Eorum cura commiſſa fuit ab Urbano VIII. Patribus Soc. Jeſu.

Alunno

DEL COLLEGIO GRECO.

ETerna ſarà la memorìa di Gregor. XIII avendo egli fondati Collegii a tutte le Nazioni. Frà queſti è quello, detto Collegio Greco, perche in eſſo ſi alimentano Giovani greci, acciocche quivi inſtruiti nelle ſcienze, e dogmi criſtiani ſi oppongono alli Sciſmatici, e inimici della Chieſa Romana. Vicino ad eſſo fondò una Chieſa, dedicata a S. Anaſtaſio, nella quale queſti Chierici Alunni celebrano i Divini Offizj nel rito Greco, con che ſi manifeſta la concordia delle due Chieſe, greca, e latina, e così ſi mantiene l'unione della Grecia con Roma, e la venerazione al Santo Pontefice, Capo di tutta la Chieſa Cattolica. Aſſegnò al medeſimo Collegio un Cardinale Protettore, e gli concedè varj privilegj; Il governo di eſſo è commeſſo per decreto di Urbano VIII. alli Padri della Compagnìa di Gesù; Frequentano le Scuole del Collegio Romano, e attendono con ſtudio particolare alla lingua greca. In eſſi ſono alcuni Monaci Baſiliani, Ruteni, e ne ſono uſciti Veſcovi, e Soggetti dottiſſimi, e zelantiſſimi, i quali hanno mantenuta la fede nella Ruſſia, Polonia, e Lituania non ſolamente con la predicazione, ma con dotti Volumi, publicati contro gl' errori delli Sciſmatici, de' quali alcuni ſono riferiti dall'Abbate Carlo Bartolomeo Piazza nel tratt.5.cap.5. del ſuo eruditiſſimo Euſeologio. Molti anno ſofferte perſecuzioni per la Fede, quali tutti anno fatto vedere quanto importi a Roma avere queſto Collegio, come forte propugnacolo della Fede contro quelle Nazioni ſciſmatiche. Il loro abito conſiſte in una ſottana talare pavonazza, cinta ne'lombi con cintura di lana roſſa, ſopra cui ne portano un'altra più larga aperta nella parte interiore, e con maniche larghe, all'uſanza delli Monaci Greci. Fuori di caſa portano il cappello ordinario, in caſa una berretta nera con un giro ſimile alla pelliccia.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Alumnus Collegij Hibernorum

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

XLII

Alumnus
COLLEGII HIBERNORUM.

Decreverat Gregorius XIII. Collegium Romæ fundare, in quo Juvenes, ex Regno Hiberniæ aviti, alerentur, qui poſteà ſcientiis inſtructi Catholicam Fidem fovere poſſent, quam à S. Patritio receperunt: At quia ob bella, quibus quindecim annorum ſpatio Hibernica Inſula vexata fuit, pecuniarum ſubſidia liberali manu tribuerat, né Hæreticorum expugnationi ſubiiceretur; Morte deindè ſuperveniente, ſuam piam mentem exequi non potuit; eam implere conatus eſt ſua liberalitate Ludovicus Cardinalis Ludoviſius, qui Hiberniæ Nationis Protector fuerat, nè Fidei Catholicæ hoc ſubſidium deeſſet, & in Collegio aliquot Juvenes alerentur, quorum virtus deindè pro eadem omni conatu decertaret. Anno igitur 1628. ſex Alumnos ſelegit, eorumque curam P. Vadingo ex Obſervantibus Minoritis S. Franciſci, natione Hiberno, demandavit. At dùm eorum numerum augere meditabatur, Roma diſceſſit, ut Bononienſem Eccleſiam gubernaret, & brevi temporis ſpatio è vivis erepto, incrementa Collegio defecerunt. Teſtamento tamen illi reliquit piiſſimus Antiſtes Vineam, Domum, & annuum cenſum, curam inſuper illorũ Patribus Societ. Jeſu commiſit, quæ à ſolo Præpoſiti Generalis arbitrio dependeret. Septem annorum ſpatio tales Juvenes aluntur, quos ſtudiis ſcientiarum in Collegio Romano traducunt. Voto ſe obligant ad Sacros Ordines ſuſcipiendos, & redeundum in patriam, ut in ea in bonum Eccleſiæ Catholicæ labores impendant; Veſtis eorum eſt lanea coloris nigri ligamine nigro præcincta, ſuprà quam aliam nigram imponunt teniis rubris in parte interiori exornatam; domi biretum clericale, & pileum extrà domum capite gerunt.

XLII

Alunno
DEL COLLEGIO HIBERNESE.

Voleva fondare Gregorio XIII. alla Nazione Ibernese, ſiccome a tutte aveva proveduto con la ſua paterna carità un Collegio, e con ragione, poiche ſapeva eſſerſi mantenuta in quel Regno la Catt. Fede, doppo che ne ricevè il lume del S. Veſcovo, e Apoſtolo di quello, Patrizio; ma perche cercò di ajutarlo con groſſe contribuzioni di denaro con aſſiſtere alle armi, con le quali ſi difeſe per lo ſpazio di quindici anni, acciòche non entraſſero l'Ereſie dalli Regni vicini, differì il porre in effetto queſta pia intenzione, nè potè farlo per la morte accaduta. A queſto mancamento volle ſupplire il zelo del Card. Lodovico Lodoviſi, ſtato Protettore della Nazione, e fondò queſto Collegio, perche ſerviſſe di Seminario di Operaj, quali poteſſero mantenere la Fede in quel Regno. Ciò ſeguì nell'anno 1628. ponendovi ſei Alunni, e ne aſſegnò la cura al P. Vadingo, Minore Oſſervante Riformato di S. Franceſco, e di Nazione Ibernese; e fu chiamato Collegio Ludoviſiano. Voleva accreſcere il buon Cardinale il numero degli Alunni, ma perche gli convenne partire da Roma per governare la Chieſa di Bologna, ove morì, fu impedita la ſua nobile idea. Laſciò però una ſua Vigna preſſo a Caſtel Gandolfo, ed obbligò il Prencipe ſuo Nipote a comprare una Caſa per abitazione degli Alunni, e pagare mille ſcudi annui per il loro ſoſtentamento, e laſciò nel Teſtamento la cura del Collegio alli Padri della Compagnia di Gesù con dipendenza dal ſolo Generale di eſſa. Sono proveduti queſti Alunni di vitto, e veſtito per ſette anni, ed attendono alle ſcienze ſpeculative nel Collegio Romano. Devono fare il giuramento di farſi Sacerdoti, e tornare alle patrie loro. Da tal Collegio ſono uſciti Veſcovi, Primati, e Soggetti Apoſt. Veſtono di ſottana talare di ſaja di colore nero, cinta da cintura nera, e ſopra eſſa hanno un'altra veſte nera con maniche pendenti ſino a terra, ed orlata nella parte interiore di faſcie roſſe; Uſano in caſa berretta clericale, fuori il cappello.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Alumnus in Collegio Maronitarum

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Alumnus Collegii

MARONITARUM.

CUm Gregorio XIII. relatum fuiſſet, eſſe in Regione, quæ à Monte Libano dicitur, Nationem Syriacam, quæ à S. Marone Maronitarum agnomen accepit, eamq; orthodoxam Fidem, licèt Turcharum Imperatori ſubditum, ad noſtram ætatem conſtanter profeſſam eſſe, illùc Sanctiſs. Pontifex legavit P. Joannem Baptiſtam Elianum, & Joannem Brunum, Soc. Jeſu Sacerdotes, qui coacta Synodo in Templo, quod à loco, ubi reſidet Patriarcha, Chenubinæ nominatur, ejus Nationis dogmata in examen adducta, inſpicerent diligenter, an à Fide Catholica, vel leviter diſcreparent; Et cùm illa conformia omninò eſſe retuliſſet, Hoſpitium deputavit Benignus Pontifex, in quo Maronitæ Romam proficiſcentes peramanter exciperentur, ſed re meliùs perpenſa, illud in Collegium commutavit, additque Templum S. Joanni ſacrum, ut in eo Juvenes ejuſdem Nationis alerentur, & operam ſtudiis ſcientiarum impenderent, quibus inſtructi, Neſtorii, & Jacobitarum errores è Syria propulſarent. Quamobrem anno 1584 Pontificio Diplomatæ, *Humanæ ſic fuerunt*, Collegium erexit, ſed eodem ſtatim è vivis erepto illud ſinè dote, & amantiſſimo Parente orbatum remanſit, donec Eminentiſs. Cardinalis Carraſa, cujus protectioni commiſſum fuerat, de ſuo ære alimenta præbuit, quibus alia acceſſerunt à liberali manu Summorum Pontificum, quibus adhùc Alumni ſuſtentantur. Ex hoc Collegio multi prodiere, non minùs pietate, quàm doctrina præclari, præcipuè aliquot Patriarchæ, qui Maronitarum Nationi præfuerunt. Ritu Syriaco Sacra peragunt in Templo, qui à Romano, precibus, & idomate exceptis, non diſcrepat. Sub regimine Soc. Jeſu, ut optimi filii, vivunt, & in Scholis Collegii Romani erudiuntur. Duplicem togam nigram modeſtè gerunt, quarum exterior tenias ab humeris pendentes habet; domi clericali bireto utuntur.

XLIII

Alunno del Collegio

DE' MARONITI.

AVendo ſaputo il Sommo Pontefice Gregorio XIII. che nel Paeſe, detto del Monte Libano viveva una Nazione, nominata da S. Marone delli Maroniti la quale, benche ſuddita al Turco, aveva ſempre mantenuta la S. Fede Cattolica; per certificarſi di ciò, inviò li PP. Giovanni Battiſta Eliano, e Giovanni Bruno della Compagnìa di Gesù, i quali congregato un Sinodo nella Chieſa, detta di Chanubina, Reſidenza del Patriarca di quella Nazione, riconoſceſſero la loro Fede. Trovatala uniforme alla Cattolica Romana, e aſſicurato di ciò il Papa deputò in Roma un'Oſpizio, nel quale foſſero ricevuti, e ſoſtentati quelli, che di quella Nazione veniſſero a Roma; ma poi giudicò meglio convertirlo in Collegio, in cui foſſero alimentati Giovani, quali ammaeſtrati nelle ſcienze, e nella Diſciplina Eccleſiaſtica poteſſero opporſi agl'errori di Neſtorio, e delli Giacobiti; Onde nell'anno 1584. con Bolla ereſſe il Collegio, ed aſſegnò la Chieſa di S. Giovanni, detta della Ficoccia; ma ſopravenuta la morte, non potè dotarlo, e ridurlo alla perfezzione, come deſiderava. Eſſendo poi Protettore di eſſo il Cardinale Antonio Carafa aſſegnò alimenti per un buon numero di Giovani, trà quali molti ſono ſtati ottimi Operarj, che anno dilatata la Fede, e in particolare alcuni Patriarchi di eſſa Nazione. Si celebra in queſta Chieſa con Rito Siriaco, il quale nella ſoſtanza non è diverſo dal Romano. Vivono gl'Alunni ſotto la cura de'Padri della Compagnìa di Gesù, e frequentano le Scuole del Collegio Romano. La loro veſte è una ſottana nera, conforme a quella de'Sacerdoti modeſti, e attorno al collo appariſce un giro di bianca tela unita alla camiſcia interiore, e cinta con cingolo nero; Sopra eſſa portano un'altra veſte aperta parimente nera con maniche lunghe pendenti dalle ſpalle. Uſano tonſura, e berretta clericale.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Alumnus Collegii Matthæi

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

XLIV

Alumnus

COLLEGII MATTHÆII.

UT quamplurimi Juvenes, ex honeſtis, & nobilibus Familiis orti, bonarum artium facultates in Romano Licæo poſſent addiſcere, Hieronymus Cardinalis ex nobiliſs. Matthæjorum Familia anno 1613. Paulo V. regnante Collegium apetuit, in quo aliquot alerentur, ut pietate ſimul, & ſcientiis eruditi ad Eccleſiaſticas Dignitates obeundas redderentur aptiores. Voluit, ut Nobiliores ex pauperibus Familiis Romanis eligerentur. Non admittuntur, niſi ſeptem ſuprà decem annos ætatis expleverint, & ad facultates ſuperiores addiſcendas ſint idonei. Omnibus rectè vivendi Regulas piiſſimus Purpuratus Princeps præſcripſit, inter eas quotidianum conſcientiæ examen commendavit; & Officium B. Virginis, niſi ad Divinum recitandum teneantur. Semel ſaltem ſingulis menſibus ad Euchariſticam Menſam accedunt. Juramento ſeſe obligant ad Theſes publicas propugnandas in iis facultatibus, quibus operam dederint, ut ſacræ Theologiæ, aut Legis Canonicæ lauream conſequi poſsint; quod ſi non aſſequantur, ad alimentorum reſtitutionem adſtringuntur. Rector illis præeſt Saceraos, omneſque vivunt ſub regimine, & arbitrio Excellentiſſimi Ducis inclitæ Matthæorum Familiæ. Scholas Collegii Romani Societat. Jeſu frequentant, ut ſcientias addiſcant Philoſophiæ, & Theologiæ. Veſte nigra oblonga ſuprà aliam breviorem induti procedunt, ut ferè cœteri Collegiorum Alumni, à quibus tamen diſtinguuntur ob tenias ſericas rubras, quibus ſuperior veſtis in extremitatibus exornatur, geruntque manicas cum lineis appendicibus, quales Viri Eccleſiæ addicti communiter gerunt.

XLIV

Alunno

Del COLLEGIO MATTEI.

IL Cardinale Girolamo Mattei volendo laſciare una memoria della ſua pietà, e dare comodità a Giovani di nobili Natali di ſtudiare, iſtituì un Collegio, detto dal ſuo cognome il Collegio Mattei, ſotto Paolo V. nell'anno 1613 accioche ſerviſſe di ajuto per approfittarſi nelle lettere, e Criſtiana pietà a chi deſiderava di renderſi Eccleſiaſtico. Stabilì anche Regole per il buon governo di eſsi, e laſciò i ſuoi Eccellentiſsimi Eredi perpetui Amminiſtratori, e Superiori del medeſimo Gollegio. Quelli, che ſono eletti, devono eſſere Cittadini Romani, o oriundi di Roma, e poveri. Volle, che abbiano l'età di diciſette anni, e che poſſano attendere alla Filoſofia, Teologia, e Legge Civile, e Canonica, e deſideró, che ſiano di ottimi coſtumi. Non vi è numero determinato, e ſono mantenuti ſino all'età di venticinque anni. Trà gli eſercizii ſpirituali d'ogni giorno viene preſcritto un quarto di eſame di coſcienza, ed il recitare l'Offizio della Madonna, ſe non ſono tenuti all'Offizio Divino, ed ogni meſe communicarſi. Promettono con giuramento di difendere publicamente Concluſioni della facoltà ſtudiata, e di doverſi addottorare in Teologia, con pena di rendere gli alimenti al Collegio, ſe mancano; e ſe tal'uno non foſſe giudicato abile alla Teologia, deve applicarſi allo ſtudio della Legge Canonica, e Civile. E' governato il Collegio da un Sacerdote ſecolare, ed in tutto ſi dipende dall'Eccellentiſs. Sig. Duca Mattei. Queſti Alunni ſtudiano Filoſofia, e Teologia nelle Scuole del Collegio Romano Veſtono una ſoprana nera talare, ed aperta quando eſcono dal Collegio, ſotto cui è un'altra più corta, e ſi diſtinguono dagli altri Collegiali per una moſtra di ſeta roſſa, con cui la detta ſopraveſte è orlata; la veſte interiore, benchè non ſia talare hà le maniche ſtrette, ſicome i manichetti ſoliti uſarſi dalle Perſone Eccleſiaſtiche.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Alumnus Collegij Nazareni

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Alumnus
COLLEGII NAZARENI.

COllegium in Urbe numeratur, quod Nazarenum dicunt, eò quòd illud erexerit anno 1622. Michael Angelus Tonti S.R.E. Purpuratus, Urbis Nazareth Archiepiſcopus. Subſidia ille tribuit, quibus circà viginti Adoleſcentes in eo alerentur, quorum duo ex Urbe Ariminenſi delecti, in qua ipſe Cardinalis natus fuerat. Illos approbant Sac. Rotæ Auditores, à quibus egentiores cęteris anteponendos eſſe pius Fundator mandavit, cùm pari idoneitate ad ſtudia ſcientiarum præditi agnoſcerentur. Domi in Sacello Beatiſſimæ Virgini, à Nazareth dictæ, Sacro, conveniunt ad pia exercitia peragenda, ùt mentem optimi Fundatoris adimpleant. In eo ſacra ſupellex ſervatur ab eodem donata; Pietate & doctrina imbuuntur hi Juvenes ſub regimine Patrum Pauperum Matris Dei, qui Scholarum Piarum dicuntur, quibus Fundator in Teſtamento Seminarium hujuſmodi regendum tradidit. Per vias à Patribus comitantur. Die S. Michaeli Sacro ab uno ex illis oratio Italicè habetur coràm Auditores S. Rotæ, Advocatos, qui Conciſtoriales dicuntur, alioſque Romanæ Curiæ Officiales. Veſte coloris violacei cingulo ejuſdem coloris præcincta induuntur, ſuprà quam aliam gerunt coloris cærulei, ut Alumni Seminarii Pontificii; ab iis tamen diſtinguuntur ob teniam ſericam rubri coloris in extremitate manicæ apparentem, & ob globulos pariter rubros, quibus in anteriori parte veſtis connectitur.

XLV

Alunno
del COLLEGIO NAZARENO.

IStituì queſto Collegio di Alunni il Cardinal Michel'Angelo Tonti nel 1622. ſotto Gregor. XV. ed eſſendo egli ſtato Arciveſcovo di Nazaret, perciò fù chiamato Nazareno. Fù proveduto, acciochè vi ſi manteneſſero venti Alunni. Due di queſti devono eſſere della Città di Rimini, patria del medeſimo Cardinale; l'elezzione di tutti ſpetta agl'Auditori della Sacra Rota Romana, ed alli medeſimi raccomandò, che preferiſſero li più poveri, frà quelli, che avevano uguale abilità per li ſtudii. Sono governati per decreto del Teſtatore dalli Padri, detti delle Scuole Pie, i quali anche gli ammaeſtrano nelli ſtudj, e gl'accompagnano fuori di caſa. Veſtono di ſottana violacea, ſopra cui tengono l'altra veſte di colore turchino, ſecondo l'uſo degli altri Seminarii Pontificii, e da quelli ſi diſtinguono per una moſtra di ſeta roſſa, che appariſce nelle maniche, ſiccome per li bottoni parimente roſſi, co'quali viene unita la ſottana nella parte anteriore. In caſa volle il Cardinale Fondatore, che foſſe Oratorio, o Cappella, dedicata alla SS. Vergine di Nazaret, a cui laſciò tutti li ſagri arredi della ſua Cappella. Si allevano queſti Alunni con la pietà, e buoni coſtumi, e nel giorno di San Michele Arcangelo uno di eſſi recita un'Orazione volgare alla preſenza delli Signori Auditori di Rota, degli Avvocati Conciſtoriali, ed altri Curiali di Roma.

Dal Teſtam. del Card, alli 19. *Aprile* 1622. *Abb. Piaz. tr.* 5. *c.* 18. *dell'Oper. pie.*

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

46

Alumnus Collegij Neophitorum

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Alumnus in Collegio
NEOPHITORUM.

SAnctiſſimus Pontifex nunquam ſatis laudatus Gregor. XIII. inter cœtera Collegia, Romæ erecta, illud conſtruxit anno 1577. in quo vivunt Adoleſcentes ex familiis Neophitorum, ſeù Chriſtianorum, qui inter Romanæ Eccleſiæ Fideles recenter cooptati numerantur. Hujus pii operis D. Ignatius Lojola ſub Paulo III. fundamenta poſuit;ut conſtat ex Scriptoribus ejus vitæ, & Lectionibus Brev. Rom. at illud ob mortem Sum.Pontif. perfici non potuiſſet, niſi Gregorii liberalitas non acceſſiſſet. Decrevit igitur SS.Pontifex, ut alerentur Adoleſcentes, è quorum numero duæ partes eorum eſſent ex ſtirpe Hebræorum; tertia verò ex turcica deſcenderet. Tempore Pontificatus Urban.VIII. ſuadente Card. S.Honuphrii, Pontificis fratre, Collegium hoc translatum fuit ad Templum, B.Virgini dicatum in Regione Montium, ut in eo ejus Alumni ſacris actionibus diebus feſtis adeſſent, & miniſtrarent. Alimenta cum indumentis,cęterisque ad vitæ ſuſtentationem neceſſariis illis tribuuntur tempore, quo ſtudiis ſcientiarum dant operam, & in Collegio Rom. Soc. Jeſu quotidiè docentur. Bini bini per Urbem procedunt veſte talari duplici nigra induti, quarum interior cingulo nigro cingitur. Per Urbem Sacerdos ſemper illos comitatur,Domi alius Moderator exiſtit. Protectione gaudent unius S.R.E. Cardinalis, & cura unius Præſulis ſimul cum aliquibus Viris nobilibus.

XLVI

Alunno del Collegio
DELLI NEOFITI.

FU il Collegio delli Neofiti, cioè, delli Criſtiani novelli ammeſſi frà li Cattolici, deſcendenti da famiglie Ebree, fondato da Gregorio XIII. l'anno 1577., doppo che queſta pia opera fù cominciata da Sant'Ignazio Lojola nel Ponteficato di Paolo III., come ſi racconta nella di lui vita, e ſi legge nelle Lezzioni del Breviario Romano, mà non perfezionata per la morte del Sommo Pontefice. Determinò il benefico Fondatore,che due parti di queſt'Alunni procedeſſero dal Giudaiſmo, ed una dalli Maomettani. Nel Ponteficato poi di Urbano VIII. ad iſtanza del Cardin. S.Onofrio ſuo fratello fu collocato queſto Collegio vicino alla Chieſa della Madonna nel Rione de'Monti,acciochè in eſſa gli Alunni aſſiſteſſero, e ſerviſſero alli Divini Offizii nelli giorni feſtivi. Frequentano ogni giorno le Scuole del Collegio Romano della Compagnìa di Gieſù, ove ſono ammaeſtrati. Vivono proveduti di vitto, e veſtito, e di quanto fà loro biſogno. Sono governati da una Congregazione di Nobili Deputati, de'quali è capo un Prelato, e godono la Protezione di un Cardinale. In caſa vivono ſotto la cura di un Rettore Sacerdote, e per la Città vanno a due a due, accompagnati da un Prefetto Eccleſiaſtico. Hanno veſte talare negra, e doppia, e l'interiore è cinta, il tutto è di colore nero; uſano manichetti comuni agli Eccleſiaſtici.

Ex Bulla Vrbani VIII. 13. Auguſti Piazza delle Opere pie cap.7.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Alumnus Collegij Pamphilij

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

XLVII

Alumnus

COLLEGII PAMPHILII.

UBi olim in Foro Agonali Sanctiſſima Virgo Agnes de perfidia, & tyrannide Sinfronii Urbis Præfecti triumphavit, in ejuſdem honorem Templum fuerat ædificatum, cujus curam Clericis Regularibus Sixtus V. commiſit. At cum Innocentio X. ad Summum Pontificatum evecto, nimis anguſtum tale Templum videretur, ob devotionem, quam Sanctæ Virgini profitebatur, aliud magnificentiùs extrui juſſit, & Sacerdotes perpetuos illi addixit, quos Innocentianos vocant. Illis Excellentiſſimus Princeps Joannes Baptiſta Pamphilius, Innocentii X. Pronepos, qui ſua in Deum pietate theſauros impendit in quamplurimis charitatis operibus, & Templorum ornamentis anno 1672. Seminarium Alumnorum addidit, ut ſingulis diebus feſtis in eodem Templo ſacris actionibus adeſſent, & cultum ergà Sanctam Virginem augerent. Veſte illi utuntur cærulea, ut cœteri Seminarii Pontificii, à quibus dignoſcuntur ob teniam pariter cæruleam in manicis ſuprà brachia revolutam. Sub regimine Rectoris Sacerdotis vivunt, & vivendi normam tenent, quam P. Carolus Thomaſius Theatinus, vir virtute celebris, præſcripſit. Eos eligit Princeps ex ſtirpe Pamphilia inter Juvenes ſuæ Ditioni ſubditos, atque ab ejus arbitrio pendet tempus, quo in Collegio commorari poſſunt, quod ferè ſeptem annorum ſpatio completur. Tenentur ad Sacros Ordines ſuſcipiendos, quod ſi fecùs accidat, alimenta reddere coguntur, idque eorum Parentes juramento promittunt. Scientiarum ſtudiis operam dant in Scholis Collegii Romani Societatis Jeſu, quas quotidiè petunt, ut erudiantur.

XLVII

Alunno

Del COLLEGIO PANFILIO.

IN un lato dell' antico Circo Agonale, ove la Santa Vergine Agneſe vinſe le arti di Sinfronio Prefetto di Roma, fu già edificata una piccola Chieſa in memoria della di lei eroica virtù, e fù per molto tempo cuſtodita dalli Padri detti Chierici Minori, alli quali ne diede Siſto V. la cura; ma poi Innocenzo X. devotiſſimo della Santa Vergine Agneſe, ne fabricò un'altra molto più ſontuoſa, sì per l'Architettura, sì per gl'abbellimenti della Pittura, e Scultura. Trasferiti poi li Chierici Regolari a luogo più commodo, ne diede la cura a molti Sacerdoti, quali ſi denominano Innocenziani. A queſti il Sig. Prencipe Gio: Battiſta Panfilio, degno Pronipote di Papa Innocenzo, il quale impiegò molto denaro in opere pie, e fabriche di Chieſe, aggiunſe nell'anno 1672. un Collegio di Alunni, accioche foſſe accreſciuto il decoro nelle Sagre Funzioni, alle quali aſſiſtono nelli giorni feſtivi. Veſtono queſti doppia toga di colore pavonazzo, come gl'Alunni del Seminario Ponteficio, ed anno per diſtintivo le maniche rivoltate a modo di manichetto del medeſimo colore. Vivono ſotto il governo d'un prudente Rettore Sacerdote, ed oſſervano le Regole ſtabilite dal medeſimo Prencipe con la direzzione del Padre Carlo Tomaſi Teatino, Uomo celebre per le ſue religioſe virtù. Sono ammeſſi nel Seminario dal Sig. Prencipe regnante della Caſa Panfilia, e ſono eletti da'Luoghi ſoggetti al Dominio del medeſimo, il quale determina il tempo della loro dimora, la quale per l'ordinario ſuole eſſere di ſette anni. Hanno obbligo di prendere gl'Ordini Sagri, e ſe non voleſſero, ſono tenuti a rendere gl'alimenti goduti nel Collegio, al che ſi obbligano li Parenti di ciaſcuno. Attendono agli ſtudj delle ſcienze, per l'acquiſto delle quali frequentano le Scuole del Collegio Romano della Comp. di Gesù.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Alumnus Seminarij Romani

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

XLVIII
Alumnus
SEMINARII ROMANI.

CUm Concilium Tridentinum celebraretur, Decretum ſanctiſſimè fuit, ut Seminaria erigerentur in quacumque Diœceſi, in quibus ſelecti Juvenes enutrirentur, ut pietati, boniſque artibus eruditi, poſſent deindè Paſtores Animarum juvare, ſeſeque totos Divino famulatui mancipare in bonum Eccleſiarum, & Populorum, quorum mores ab erroribus, & Hæreticorum inſidiis corrupti Animarum jacturam minitabantur. Ut poſt hæc juſſa exemplum cœteris Epiſcopis præberet, Sum. Pontif. Pius IV. anno 1565. curam inſtituendi Romæ Seminarii quatuor S. Eccleſiæ Purpuratis commiſit, ſcilicèt Jacobo Sabello tunc temporis Vicario, Marco Antonio Amulio, S. Carolo Borromeo, & Vitellotto Vitellio, decrevitque, ut in eo centum Adoleſcentes admitterentur, qui litterarum humaniorum, ac ſcientiarum ſtudiis operam per aliquot annos navarent, & idonei ad munera Eccleſiaſticorum exercenda redderentur. Ad eos ſuſtentandos onera impoſita ſunt ſingulis Canonicorum Cœtibus, ac Religioſorum Ordinibus, Mendicantium exceptis. Sed deindè cũ ab eo onere multos nimis gravari agnoſceret S. Pius V. Alumnorum numerus ad viginti novem redactus fuit. Eorum viginti eliguntur à Sum. Pontifice, vel ab Eminentiſs. Card. Vicario, cujus protectioni Seminarium ſubjicitur; Tres Cardinalis Abbas Sublacenſis deputat; Duos Abbas Farfenſis; Duos alios Abbas, qui dicitur Trium Fontiũ; Unum Abbas Criptæ Ferratæ; Alium Abbas S. Laurentii extrà muros. Horum Alumnorum curam Patribus Soc. Jeſu Pius IV. demãdavit, facultatem tribuens, ut etiam Convictores è nobilibus Familiis admitterentur. Hi veſte utuntur nigra, extrà domum tamen pallium gerunt: Alumni verò duplicem togam, ideſt longam veſtem cærulei coloris in parte anteriori globulis ſericis conjunctam, cui aliam ſuperponunt pariter cæruleam, ſed apertam cum longis teniis ab humeris uſque ad talos extenſis. Omnes ſcientiarum ſtudiis in Coll. Rom. Soc. Jeſu operam dant. Ad Ordines Sacros ſuſcipiendos juramento obligãtur, quod ſi datis temporibus reſpuant, ad alimenta percepta reddenda coguntur.

XLVIII
Alunno
Del SEMINARIO ROMANO.

LA prima erezzione, fatta ſecondo il Decreto del Sac Conc di Trento, de'Seminarii, per ammaeſtrare in eſſi la Gioventù nelle ſcienze, e diſcipline Eccleſiaſtiche, ed accioche ne uſciſſero Operarii, e Miniſtri in ajuto delli Veſcovi, per ordine di Pio IV. Sommo Pontefice, che volle eſſerne il primo a darne eſempio, fu del Seminario Romano nell'anno 1565. e per la fondazione di eſſo furono deputati quattro Cardinali, Giacomo Savelli Vicario, Marc'Antonio Amulio, S. Carlo Borromeo, e Vitellotto Vitelli: Ordinò il S. Pontefice, che in eſſo foſſero ricevuti almeno cento Chierici li quali poteſſero apprendere tutte le facoltà litterarie, neceſſarie per il governo delle anime, e contribuiſſero per gl' alimenti di eſſi tutte le Chieſe Collegiate di Roma, e tutte le Religioni, eccettuate le Mendicanti; ma perche il S. Pontefice Pio V. fece eſenti molte Congregazioni Regolari dalla contribuzione, mancorono gl'aſſegnamenti, e ſi riduſſe il numero a ventinove. L'elezzione di venti ſi fà dal Papa, o dal Cardinale Vicario, il quale è il Protettore; Trè dal Cardinale Abbate di Subiaco; Due dall'Abbate di Farfa; Due dall' Abbate delle Trè Fontane; Uno dall'Abbate di Grotta Ferrata; e uno di S. Lorenzo fuori delle Mura, tutti Cardinali della Santa Chieſa. Fù aſſegnata la cura di eſſi da Pio IV. alli Padri della Compagnìa di Gesù, e permiſe, che in detto Seminario ſi educaſſe buon numero di Convittori, figliuoli di Perſone nobili, e tutti frequentano le Scuole del Collegio Romano. Li Convittori ſono veſtiti con zimarra nera; li Chierici anno veſte lunga chiuſa nella parte anteriore con bottoni, e ſopra un'altra veſte aperta, a cui ſono congiunte due faſcie, che dalle ſpalle pendono ſino a terra, e tutto è di colore pavonazzo. Devono queſti Chierici obbligarſi con giuramento a prendere gl'Ordini Sagri, altrimente ſono tenuti a render gl'alimenti goduti.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Alumnus Collegij Saluiati

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

XLIX

Alumnus

COLLEGII SALVIATI.

INter opera, quæ pius Cardinalis Antonius Maria Salviatus in Pauperum utilitatem reliquit, Collegium eſt è ſuo cognomine appellatum. Cùm enim ille puerorum Orphanorum domum ſua protectione foveret, agnovit quamplurimos inter illos eſſe, quos ad ſcientias optimè percipiendas idoneos natura produxerat; quamobrem ex ſuo ære alendos decrevit aliquot ex illis, quorum ingenia bonarum artium ſtudiis, perficerentur. Indumentorum colorem mutari noluit, ſed formam tantùm, ac proindè ut Seminarii Pontificii Alumni veſtes habent oblongas, ſed albas, ut anteà, cùm in Horphanotrophio, ſeu domo Horphanorum alerentur. Tunica tamen interior globulis albis conjungitur, & faſcia etiam alba circa lumbos cingitur. Sub regimine Rectoris, & aliorum Sacerdotum vivunt juxtà Regulas, quas illis præſcripſit Paulus Sacchettus Romanus pius Sacerdos, qui primus Sacerdos inter Collegii hujus Rectores numeratur '. Alumni ex cœtu Horphanorum, qui ex honeſto matrimonio nati ſunt, eliguntur, & quidem aptiores ad ſtudia ſcientiarum, quarum lectiones in Collegio Romano Soc. Jeſu excipiunt, & piam benefici Fundatoris mentem adimplent.

Abb. Carolus Bartholomæus Piazza de Operibus piis tract, 5. cap.13. Pompejus Vgon. orat. Funebr.

XLIX

Alunno

Del COLLEGIO SALVIATI.

IL Cardinal Antonio Maria Salviati, padre de'Poveri, trà l'opere di ſegnalara pietà, fondò il Collegio, detto dalla ſua Famiglia Salviati: la cagione fù, perchè ſtato Protettore degli Orfani aveva conoſciuto, che molti di eſſi erano dotati di talenti, ed inclinazioni alle lettere, onde volle, che aveſſero commodità di poterle acquiſtare, che perciò ordinò di non poterſi accettare nel Collegio altri, che di detti Orfani, ed aſſegnò doppia veſte bianca, conforme all'uſo, e forma comune agli Alunni Pontificii, ma la ſottana, oltre l'eſſere chiuſa con bottoni, viene cinta con cintura parimente bianca. Soggettò li medeſimi Alunni allo ſteſſo Protettore della Caſa degli Orfani, ſotto la cura immediata d'un Rettore Sacerdote, e due Prefetti. A queſti ſpetta il fare oſſervare le Regole del Collegio, le quali furono compoſte da Paolo Sacchetti Sacerdote Romano, il quale fù il primo Rettore del Collegio, Uomo molto pio, e divoto. Gli Alunni devono eſſere ſtati almeno trè anni nella Caſa degli Orfani, e nati da Genitori legitimi, e d'ingegno atto all'acquiſto delle ſcienze, preferendoſi ſempre i più poveri, e la maggiore abilità per lo ſtudio di eſſe. Odono le lezzioni delle medeſime nel Collegio Romano della Compagnia di Gieſù, ove ſono anche iſtruiti nella pietà Criſtiana, accioche ſi adempia la mente del loro Fondatore.

Abb. Carlo Bartolomec Piazza nelle Opere pie tract.5. cap.13.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Alumnus Collegij Scotorum

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Alumnus COLLEGII SCOTORUM.

UT in Regno Scotiæ Fides Catholica, quæ ante Eliſabethæ Reginæ perſecutionem feliciter floruerat, non omninò deficeret, Clem. VIII. Collegiũ Romæ erexit anno 1600. quod licet tenui redditu dotatum ob mortem ejuſdẽ Pontificis, perſeverat adhuc, & in eo aliquot Juvenes aluntur, ut Philoſophiæ, & Theologiæ ſtudeant, quarum curriculo abſoluto, in Regno Scotiæ Hæreticorum erroribus ſeipſos opponant, ut evincant. Non adeo facilè dictu eſt quot labores, & ſudores impenderint ſimul cum PP. Soc. Jeſu hujus Collegii Alumni poſtquàm in Scotiã redierint. Multorum enim opera, etſi pauci, ſuperaverunt. Poſitum fuit hoc Collegium in Regione, ubi Templum eſt B. Virginis Conſtantinopolitanæ dicatum, deindè translatum in viam, ob nomen Sixti V. qui eam aperuit, Felicem appellatam, ejuſq; regimen Patribus Soc. Jeſu Paulus V. commiſit an. 1616. Voto ſe obligant ad ſacros Ordines ſuſcipiendos, & redeundum in Scotiam. Vivunt ſub uno Protectore, è Collegio Cardinalium ſelecto, quorum primus extitit Camillus Burgheſius, ad Summ. Pontificatus evectus, & Paulus V. appellatus. Veſte utuntur coloris violacei, faſcia purpurea præcincta. Suprà eam aliam veſtem nigram cum oblongis manicit addunt. Inter hujus Collegii Alumnos numeratur celebris Georgius Conneus, quem ad ſacram Purpuram induendam Urbani VIII. elegerat, eam tamen ob mortem non recepit.

Abb. Bartholom. Piazza de Oper. piis tract. 5. cap. 17.

Alunno Del COLLEGIO SCOZZESE.

CLemente VIII. per conſervare la Religione Cattolica, non affatto eſtinta nella Scozia, ove fiorì prima dell' Apoſtasìa di Eliſabetta Regina, fondò nell'anno 1600. in Roma queſto Collegio, e ſe bene l'aſſegnamento per mantenervi Alunni fù molto tenue, perchè fù nel fine del ſuo Ponteficato, nulladimeno molto ſi deve al poco numero degli Alunni, per opera de'quali, e delli Padri della Compagnia di Giesù, da' quali eſſi ſi governano, ſi è molto operato in quel gran Regno a favore della Fede Cattolica. Fù prima detto Collegio fondato in una caſa incontro alla Chieſa della Madonna, detta di Coſtantinopoli, mà poi fù trasferito a Strada Felice, così detta dal nome di Siſto V. che la fece, e datane la cura alla Compagnia di Giesù da Paolo V. l'an. 1616. Le Regole di eſſo ſono le medeſime degli altri Collegii Nazionali, e devono fare il gipramento di eſſere Sacerdoti, e tornare nel Regno. L'abito è una veſte pavonazza cinta con cintura roſſa, e ſopra eſſa hanno un'altra veſte di ſaja nera aperta, e con lunghe maniche pendenti dalle ſpalle, Hanno un Cardinale Protettore, ed il primo fù il Cardinale Camillo Bogheſe, aſſunto al Ponteficato col nome di Paolo V. Da queſto Collegio uſcì l'eruditiſs. Giorgio Conneo, il quale, benemerito della Fede, fù da Urbano VIII. deſtinato alla ſacra Porpora, mà non potè per la morte accaduta godere gli onori meritati.

Scriſſe di queſto Collegio l'Abb. Carlo Bartolomeo Piazza delle Opere pie tr. 5. cap. 17.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Alumnus Seminarij Vrbani

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

LI

Alumnus

SEMINARII URBANI
ad S. Petrum.

IN erectione Seminariorom, quæ ex Decreto Sac. Concilii Trident. ſtatuta fuit in ſingulis Diœceſibus, illud in primis ſancitum eſt, ut juxtà pium Antiquorum morem Juvenes Altari in ſacris functionibus miniſtrarent, qui Eccleſiaſticis Ordinibus optant adſcribi. Verùm cùm Alumni, qui in Seminario Romano ante cœtera erecto, edocebantur, ob loci diſtantiam nulli Baſilicæ diebus feſtis adeſſe facilè poterant, Urbanus VIII. anno 1637. duodecim ex illis elegit, quibus perpetuam domum addixit propinquam Baſilicæ D.Petri in Vaticano, ut ſtatutis horis eam peterent, atque in nobiliſſimo Canonicorum & Clericorum cœtu ſolemnibus actionibus inſervirent. Eorum cura uni Canonico demandata fuit, qui Præfectum & Præceptorem deputat, ut optimis moribus, & facultatibus imbuantur. Ex iiſdem Clericis eliguntur, qui Baſilicæ deindè inſerviant, & ſacram ſupellectilem cuſtodiant, donec benemeriti ad ſacros Ordines promoti, Eccleſiaſticis beneficiis participes efficiantur. Veſte utuntur cianea, ut Alumni Seminarii Romani. ſed ut ab illis diſtinguantur, gerunt inſignia Vaticanæ Baſilicæ acu depicta in extremitate faſciæ ſerico rubro exornatæ, quæ extenſa à ſiniſtro humero dependet, ideſt duas claves perpendiculariter pendentes ſub Pontificia Thiara, quibus adduntur Apes Barberinæ Familiæ.

LI

Alunno

Del SEMINARIO URBANO
a S. Pietro.

COnforme l'uſo antichiſſimo della Chieſa, che ſerviſſero i ſagri Altari i Giovani aſcritti allo ſtato Eccleſiaſtico, volle il Sacro Concilio di Trento rinovare queſt'Eſercizio, accioche li Chierici ſi affezionaſſero alle ſagre Funzioni; onde iſtituì li Seminarii per ſervizio delle Chieſe; mà perche gli Alunni del Seminario Romano, quale fù il primo iſtituito frà tutti, non ſervivano nelli giorni feſtivi in alcuna Baſilica per la lontananza della loro abitazione, Urbano VIII. ſeparò da eſſo dodici Alunni, e ne formò uno vicino alla Baſilica Vaticana, accioche in eſsa aſſiſteſſero alli ſanti Sagrifizii, e Funzioni di quel nobiliſſimo Capitolo, e li ſoggettò alla cura d'un Canonico, il quale elegge un Prefetto, ed un Maeſtro, e vi ſi accettano di tutte le Nazioni doppo l'età di dodici anni. Terminati li ſtudii delle lettere umane s'impiegano nella Baſilica alla cura delle coſe ſagre, e degli Altari, ſinche ſono proveduti di qualche Benefizio, con cui ſi promuovono al Sacerdozio. Veſtono di ſaja pavonazza, conforme gli altri, mà ſi diſtinguono da quelli del Seminario Romano per una faſcia, che dalla ſpalla ſiniſtra pende ſino a terra foderata di ſeta cremiſina, in cui è ricamata l'arma della Baſilica Vaticana, cioè due Chiavi pendenti ſotto il Triregno Pontificio, e vi ſono aggiunte le Api dell' arma Barberina.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Alumnus Collegii dicti de Propaganda fide

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

LII

Alumnus
COLLEGII URBANI
de Propaganda Fide.

COllegium Romæ numeratur, quod à Sum. Pont. Urbano VIII. à quo fuit erectum, Urbanum dicitur, vel etiã de Propaganda Fide, ad cujus augmentum ſedulò procurandum Alumni exterarum Nationũ in eo excipiuntur. Ejus primum Auctorem fuiſſe referunt Illuſtriſs. Præſulem Jo: Baptiſtam Vives, patria Valentinum, qui Urbano VIII. à cubiculo erat acceptiſſimus, ſuaſque facultates ad hujus Collegii erectionem addixit. Ejus curam tres præcipuarum Baſilicarũ Canonici habuerunt ad ann. uſque 1641. quo Urb. VIII. ſuo diplomate Congreg. Cardinalium de Propaganda Fide dicta, & à Greg. XV. inſtitutæ eandem commiſit. Alumnorum numerum ſua liberalitate auxit Card. Barberinus, S. Honuphrii dictus, & ipſius Pontif. frater, decrevitque ut duodecim exciperentur ex Regionibus Aſiæ, & Africæ, inſuper treſdecim alii ex Natione Æthiopica, & Brachmanorum Indiæ Orientalis, præter Armenos, Ruſſianos, Tartaros, Georgianos, & Perſas, quorum omnium cura Rectori Sacerdoti commiſſa eſt; Juramento omnes promittunt in ſuas Regiones redire, ut in eiſdem Fidei propagationi ſtudeant, ad quem finem in eodem Collegio ſcientiarum Præceptores ſuas lectiones explicant, ac die lunæ bis menſibus ſingulis quamplurimi conveniunt, ad eruditas Eccleſiaſticarum rerum diſceptationes habendas. Veſte, quæ nigra eſt, à cœteris Alumnis Collegiorum Pontificiorum non differunt; biretum clericale domi, pileum verò extrà illam gerunt, ut imago propoſita demonſtrat.

LII

Alunno
DEL COLLEGIO URBANO,
detto de Propaganda Fide.

SI dice queſto Collegio Urbano, perche Urbano VIII. lo ſtabilì per dilatare la Fede in tutto il Mondo; onde anche ſi dice de Propaganda Fide; ſi alimentano in eſſo Giovani di diverſe Nazioni ſtraniere, affinche ammaeſtrati, poſſano dilatare la Religione in varie parti del Mondo. Il primo Autore fu Monſig. Gio: Battiſta Vives di Valenza, Prelato domeſtico di Urbano VIII. il quale offerì tutto il ſuo per fondarlo. Fù aſſegnato un Rettore Prete ſecolare, e Maeſtri di tutte le ſcienze, e ne diede la cura a trè Canonici delle trè principali Baſiliche di Roma. Accrebbe queſta fondazione il Cardinale Antonio Barberino, detto di S. Onofrio, Fratello del Papa, poiche fondò, ed unì a queſto Collegio dodici Alunni nativi di Aſia, e Africa, facendo promettere con giuramento di ritornare alle patrie per propagare la S. Fede, nè contento di ciò nel 1629. fondò altri tredici luoghi per Alunni della Nazione Etiopica, e Bracmana delle Indie Orientali, ed anche Nazione Armena abitante in Polonia, e Ruſſia, e poi della Tartaria, Georgiana, e Perſiana. Nell'anno poi 1641. Urabno VIII. con Bolla annullò l'amminiſtrazione delli Canonici, e diede la cura di eſſi Alunni alla Congregazione, detta de Propaganda Fide, iſtituita già da Gregorio XV. Doppo i ſtudii ſono deputati dalla S. Congregazione alle dignità de' Veſcovi, Vicarii Apoſtol., Parochi, Maeſtri di Scuola, e Miſſionarj, conforme l'abilità di ciaſcuno. S'inſegnano perciò dentro il Collegio le ſciẽze neceſſarie alli Operarii Apoſtolici, ed ogni quindeci giorni ſi tiene una conferenza ſopra le materie Eccleſiaſtiche. L'abito di queſti Alunni è nero, ed a ſimilitudine degl'altri portano una ſopraveſte del medeſimo colore, a cui dalle ſpalle pendono ſino a terra le due faſcie larghe circa mezzo palmo. Non uſano collaro, ma in vece di eſſo appariſce un giro di tela bianca unito alla camiſcia; uſano in caſa berretta clericale, fuori di caſa il cappello.

Abbate Carlo Piazza tratt. 5. cap. 11. Bolla della Fondaz. Immortalis Dei, anno 127. *e altra, Inſcrutabilis, anno* 1622.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Vir in Hoſpitio Inualidorum

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

PAUPER INVALIDUS S. SIXTI.

DEſideravit S. Pius V. importunas Pauperum petitiones, è Templis præcipuè, penitùs extirpare, ſed fruſtrà omnia movit, ut deſideratum finem obtineret. Multa etiam molitus fuit poſt Pium Greg. XIII. eamque Provinciam commiſit Archiconfraternitati SS. Trinitatis, cujus cura Pauperes Romipetæ in Xenodochium excipiebantur; quamobrem anno 1581. copioſa egenorum turba collocata fuit in Monaſterio juxtà Templum S. Sixti in Via Appia, ut in eo alerentur eleemoſynis in eum finem á multis Romanis Civibus erogatis; ſed poſt Gregorii mortem cum aeris inſalubritas; & loci diſtantia nocumento Pauperibus eſſent, Sixtus V. illos tranſtulit ad Domos progè Tyberim ſitas in Regione Arenulæ ab ipſo emptas, additiſque annuis redditibus, eorum curam quatuor Viris, prudentia & pietate præditis, commiſit; quorum duo à Populo Romauo eliguntur, duo verò ab Archiconfraternitate SS. Trinitatis. Horum Invalidorum numerus ad quadringentos aliquandò excrevit; rllis Sacerdotes aſſiſtunt, ut piè vivant, & Sacramentis debitis temporibus reficiantur: aliquo labore etiam exercentur, niſi omninò ſint invalidi, privilegiis gaudent à Sixto V. illis conceſſis in Bullis annor. 1586. & 1588. Veſtem ex lana coloris nativi non tamen nigra gerunt ultrà genua productam, & pileum ejuſdem coloris. Tempore hyemis aliam veſtem avdunt ejus formæ, qaam imago propoſita demonſtrat.

POVERO INVALIDO A S. SISTO.

VOlle il Santo Pontefice Pio V. torre il diſturbo, cagionato da' Poveri Mendicanti, principalmente nelle Chieſe, e perciò impoſe loro pene, e usò molti mezzi, ma tutto ſenza poter ottenere il fine bramato. Il medeſimo procurò di fare Greg. XIII. che perciò impoſe tal cura all'Archiconfraternità, detta de' Pellegrini, quali riceveva nell'Oſpedale, ed a tal effetto nell'anno 1581. concedè là Chieſa, e Monaſtero di S. Siſto nella Via Appia; che perciò concorrendo molti con larghe elemoſine, vi fù d'ogni ſeſſo, ed età collocata una gran turba di Poveri, e da detta Chieſa traſſe il nome queſt'Oſpedale; ma doppo la morte di Gregorio, perche era lontano dalle abitazioni di Roma, ee in luogo di mal'aria Siſto V. volendo, che non mancaſſe queſt' opera pia, comprò molte caſe vicine al Tevere nel Rione, detto della Regola, e donata groſſa entrata, ivi ti trasferì. Volle, che foſſero governati da quattro Gentil'uomini, due de' quali ogn'anno ſi eleggono dal Popolo Romano, gli altri due dall'Archiconfraternità, detta de' Pellegrini della SS. Trinità. Sono talvolta alimentati ſino al numero di quattrocento, e ſono proveduti d'ogni ſuſſidio, sì corporale, come ſpirituale. Sono aſſiſtiti, e coltivati nella pietà da alcuni Sacerdoti, i quali amminiſtrano i Sagramenti, e godono molti privilegii ſpiegati da Siſto V. nelle Bolle del 1586. e 1588. Veſtono tutti con abito uniforme di lana del colore nativo, non nero, e portano nell'Inverno una giubba di più, ſteſa oltre il ginocchio; uſano il cappello del medeſimo colore; quelli, che poſſono eſercitarſi in qualche lavoro, non ſi permette, che ſtiano oziosi.

Fanucci 1. *Febr.* 1581.

O

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Foemina in Hospitio Inualidorum

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Fœmina invalida
IN XENODOCHIO S. SIXTI.

IN eodem loci ſpatio, in quo Sixtus V. Pauperes invalidos collocavit, ſunt etiam Domus, in quibus Fœminæ ſunt, quæ ob ætatem, vel ob invaletudinem vitam alere non poſſunt, niſi adjuventur. Quamobrem, ut Viri, ſic etiam ipſæ in hoc pio Xenodochio, licèt ſeparatæ; commorantur, ibique quidquid ad veſtitum & victum pertinet liberali a manu recipiant. Si tamen aliquo labore exerceri poſſint, otiũ evitant. Cęterùm hoc Xenodochiũ anno 1694. unitum fuit magno Lateranenſis Hoſpitio, in quo, ut ſuo loco videbitur, pauperes Puellæ aluntur, & utrarum labores in commune bonum convertuntur. Veſte ſimili utuntur omnes lanea; Hæ tamen Fęminæ extrà Domum album gremiale lineum ſemper gerunt, lineumque velamen Monialium inſtar. Per vias aliquandò ſimul longo ordine diſpoſitæ incedunt, ut Templa viſitent. Sub Regimine ſunt ejuſdem Congregationis, cui Puellarum Lateranenſium, & Puerorum in Hoſpitio S.Michaelis degentium cura à Summo Pontifice Innocentio XII. fuit commiſſa.

LIV

Donna invalida
DI S. SISTO.

AVendo Siſto V. aſſegnate buone entrate, accioche ſi poteſſero mantenere i poveri invalidi, beneficò con le medeſime anche le Donne, e per eſſe aſſegnò parte delle Caſe comprate preſſo l'Oſpedale delli Pellegrini, ove tutte, benche ſeparate, conviveſſero ſervite, e provedute di quanto fà loro biſogno ugualmente, che gl'Uomini. Creſciute poi l'entrate, crebbe anche il numero delle Donne, e frà tutti gli Oſpedali di Roma ſi reſe celebre queſt'Oſpizio, il quale nel 1694. fù unito da Innocenzo XII. con tutte l'entrate al grande Oſpizio del Palazzo Lateranenſe, di onde partirono gli Uomini, i quali furono collocati in queſto di San Siſto; ma le Donne reſtorono con le fanciulle al ſudetto Palazzo, ove ricevono il mantenimento, ed il vitto dalli Miniſtri di San Siſto, ſicome eſſe ſi affaticano in lavori, quali s'impiegano in commune utilità dell'una, e l'altra Caſa. Queſte Donne, tutte d'età matura, e per l'ordinario invalide a poterſi da ſe alimentare, non vivono del tutto znoziose. Veſtono con veſte uniforme di lana grigia del colore nativo, portano il zinale, ed un panno bianco in capo a guiſa di Monache. Proceſſionalmente alcune volte frà l'anno viſitano qualche Chieſa. Sono governate dalli Signori iſteſſi Deputati per gli Uomini, per le Fanciulle del Laterano, e per li Fanciulli dell'Oſpizio, detto di S. Michele a Ripa.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Orphanus ex honestis Parentibuſ

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

PUERI ORPHANI

ex honeſtis Parentibus.

INter Romanæ charitatis opera inſigne illud eſt, quod S. Ignatius Lojola excogitavit in utilitatem pauperum Orphanorum. Pueros igitur quamplurimos natos ex honeſtis Parentibus, iiſdemque orbatos, an. 1540. ſub Paulo III. collectos in Orphanotrophio poſuit propè Templum S. Mariæ in Aquiro dictæ, in foro Capranicenſi ſitum, & puellas, nè earum honeſtas humano ſubſidio orbata deperiret, in domo ſeparata collocavit, ſuaque ſtudia impendit, ut eleemoſynis piorum hominum alerentur; ſodalitatem etiam inſtituit nobilium Virorum, quorum curæ Domum utramque commendavit. Pueri imaginem hìc exponimus alba & lanea veſte induti, domi biretto quadrato quidem, ſed plicatili caput contegunt, extrà domum pileo pariter albo. Sub protectione unius Purpurati Principis vivunt: Domi Rectorem Sacerdotem agnoſcunt. Sub regimine duodecim Virorum nobilium variis occupationibus exercentur; aliquot eorum diverſas artes addiſcunt, aliquot Templis inſerviunt; non rarò mortuos ad ſepulchra comitantur; non pauci litterarum ſtudia proſequuntur in Collegio Romano Soc. Jeſu, ut apti reddantur ad tranſitum in Collegium, à Cardinali Antonio Maria Salviato erectum, de quo ſuo loco diximus.

LV

ORFANO

di oneſti Parenti.

TRà l'altre opere di pietà, eſercitate in Roma, ſpicca quella di alimentare i poveri Orfanelli nati di famiglie onorate. Il primo Architetto di eſſa fù S. Ignazio Lojola, il quale ſotto Paolo III. ereſſe un Conſervatorio per li Pupilli Orfani vicino alla Chieſa di S. Maria in Aquiro in Piazza Capranica, ed un'altro per le Fanciulle della medeſima condizione, ed il Pontefice aſſegnò queſta Chieſa a una compagnìa di Gentil'uomini, e Prelati dal medeſimo Santo iſtituita, la quale prendeſſe la cura di tali Pupilli, sì maſchi, come femine, i quali andavano mendicando per Roma. In queſto dunque li Fanciulli ſono alimentati, veſtiti, ed iſtruiti, sì nelle arti, come nelle lettere, ſecondo la capacità, ed inclinazione di ciaſcuno. Molti ſervono nelle Chieſe, e ſpeſſe volte accompagnano proceſſionalmente i Morti alla Sepoltura. Altri frequentano le Scuole del Collegio Romano per renderſi idonei al paſſaggio nel Collegio detto Salviati, del quale a ſuo luogo ſi parlò. Veſtono detti Orfani abito di panno, e cappello di colore bianco, ed in caſa uſano un berrettino quadro pieghevole, parimente bianco. Vivono ſotto la protezzione di un Cardinale, e cura di una nobile Congregazione. In caſa ſono governati da un Rettore Sacerdote, ed altri Miniſtri alla medeſima aſſegnati.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

86

Virgo Orphana ex honestis Parentibus

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

PUELLA ORPHANA

Ex notis Genitoribus.

CUm de Orphanis pueris ageremus, quibus S. Ignatius Lojola ardente in proximos charitate, ſubſidia excogitavit, nè inopia laborantes innocentiæ jacturam facerent, indicatum fuit illum eadem charitate Puellas proſequutum collocaſſe in domo ad eum finem ſelecta in Inſula Tyberina, ubi nunc Xenodochium Infirmorum patet ſub cura Religioſorum, quos S Joannes Dei inſtituit, ut infirmis deſervierent; at cùm ejuſmodi Puellarum numero ejus Domus anguſtiæ non ſufficerent. Sanctiſſimus Pontifex Pius IV. anno 1560. eas tranſtulit in ampliorem domum in Monte Cœlio conſtitutam propè antiquum Templum, quod à quatuor Sanctis, martyrio Coronatis, appellationem ſortium fuerat. In ea numerum centenarium utplurimùm attingunt, & illis præſunt quadraginta tres Sanctimoniales perpetuæ clauſuræ legibus obſtrictæ ſub Regula S. Auguſtini, à quibus non ſolùm optimos mores erudiuntur, verùm etiam artes, quæ honeſtas Fœminas decent, ut domus, & familiæ curam habeant, donec tempus, & occaſio nubendi, vel vitam religioſam in aliquo Cœnobio eligendi detur, ad quos fines ſubſidia dotis recipiunt. Quod ſi in eadem domo vota religioſa profiteri deſiderent, cùm aliqua ex Monialibus ob mortem deficit, antiquior ex ipſis Virginibus orphanis eligitur, ut numerum ſtatutum impleat. Earum veſtis eſt lanea, & candida, ut Virgines decet, velamen lineum, & pariter candidum ex capite dependent, ferè ad genua protenſum, è cingulo globuli precarii albi, manus chirotecis ex candido goſſipio conteguntur. Semel in anno extrà ſepta Monaſterii ad Templum S. Gregorio ſacrum procedunt, longo ordine diſpoſitæ more ſupplicantium, & morum candoris, ac modeſtię Virginum proprię prębent exemplum. Reguntur ſub protectione unius S. Eccleſiæ Cardinalis, ab Archiconfraternitate B. Virginis in Aquiro dictæ.

ORFANELLA

Di Genitori oneſti.

NEl riferire la fondazione della Caſa per ricetto delli poveri Fanciulli Orfani, ſi accennò, che da S. Ignazio furono poſte le Zitelle di tale condizione in una caſa ſeparata, e queſta era nell'Iſola del Tevere, ove è l'Oſpedale ſotto la cura delli Religioſi, inſtituiti da S. Giovanni di Dio, detti volgarmente, *Fate ben Fratelli*; ma perche queſto luogo era anguſto per ricevere il copioſo numero di eſſe, la paterna cura di pio IV. l'anno 1560. le trasferì ad una abitazione nel Monte Celio preſſo l'antica Chieſa, detta de'Santi Quattro Coronati, ove eſſi ſono ſepolti. Sono queſte Fanciulle oltre il numero di cento governate, ed ammaeſtrate ſotto la cura di quarantatre Religioſe Monache dell'Ordine di S. Agoſtino in tutto ciò, che appartiene ad una Donna, per ben governare una famiglia ſino a tanto che ſiano in età di poterſi collocare in matrimonio, o monacarſi; e quando muore una delle Monache, ſuccede a quella la più antica fra le Zitelle, ſe ſi vuole rendere Religioſa, e a tutte ſi da dote convenevole per l'uno, e l'altro ſtato dall' Archiconfraternità di S. Maria, detta in Aquiro, dalla quale queſto pio luogo è governato, ſotto la protezzione di un Cardinale. Sono ſopra tutto ammaeſtrate nella pietà, e vivono con diſciplina regolare, benche non Religioſe. Dal Monaſtero eſcono una volta l'anno in forma di Proceſſione per viſitare la Chieſa di S. Gregorio, con eſſempio di ſingolare modeſtia. Il loro abito è di ſaja bianca, le di cui maniche ſono ripiegate verſo il gomito del braccio; bianco è il velo, che circonda il collo, bianca la cintura, da cui pende una corona bianca, e bianchi ſono li guanti di bombace, da'quali ſono coperte le mani: Pende dal capo, privo affatto d'ogni ornamento, un velo candido ſteſo oltre la cintura, e tutto è ſimbolo d'innocenza, e candore di coſtumi, quale conviene alle Fanciulle Criſtiane.

Dalla Vita di Pio IV. appreſſo il Ciaccon.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Orphanus ex incertis Parentibus

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

LVII

PUERI ORPHANI

Ex incertis Parentibus.

CUm in operibus publicis conſtruẽdis,vel reparandis Sixtus IV. maximus fuerit, Xenodochium,S.Spiritus dictum, vetuſtate penè totũ collapſum, uſque ad ſolum disjecit, & pulcherrimis ædificiis, non tantùm in meliorem, ſplendidioremque formam ampliavit; ſed cùm infantes expoſitos ad pedes ſuos vidiſſet,locum aſſignavit,in quo Mares; & Feminæ nutrirentur. Ex his quamplurimi Nutricibus traduntur, ſtipendio illis ſoluto, quæ poſt aliquos annos ad Xenodochium illos referunt, ubi vel litteras,vel artes alias addiſcunt,& præſertim bonos mores & pietatem colunt. Vivunt ſub optimo regimine Præſulis, cujus curæ Templum, Infirmorum Xenodochium,Pueri, cęterique hujus amplæ Domus Adminiſtri à Romano Pontifice commendantur, & S. Spiritus Commendatarius dicitur. Veſtem laneam coloris cærulei gerunt, ut cęleſtis Aliger indicetur, qui Sixto Pontifici in ſomnis ſuaſit, ut hanc domum publico bono excitaret. Aluntur hi pueri,donec ætatem attingant,in qua artes exercendo inopiæ incommodis non ſubjaceant. Aliquot etiam ex illis à piis Viris eliguntur,& in filios adoptantur: Quamobrem Divinæ Providentiæ conſilia venerari tenentur, quæ ex Genitorum nequitia optimam eorum ſortem impertita, dignata fuit pauperiem in divitias, luctum in gaudium commutare.

LVII

ORFANELLI

Di Parenti incogniti.

L'Inſigne pietà di Siſto IV. non ſolamente ampliò l'Oſpedale di S.Spirito per li poveri Infermi,rifacendolo di nuovo,quando era quaſi del tutto rovinato, mà aſſegnò in eſſo ricetto alli poveri Bambini, figliuoli ſenza loro colpa dell'altrui iniquità,e derelitti da'proprj Genitori. Sono perciò queſt'Innocenti nutriti da Balie ſtipendiate, parte delle quali vivono nella medeſima Caſa, ed altre fuori di eſſa,ed alimentati ſino all'infanzia,di nuovo ſono ricevuti in quella,ove ſono iſtruiti,o nelle lettere,o nelle arti,e principalmente nella pietà,ſotto il commando d'un Prelato,-deputato Commendatore dal Pontefice, e direzzioni di ottimi Sacerdoti, e Miniſtri. Veſtono queſti Fanciulli ſicome tutti li Serventi dell'Oſpedale con veſte uniforme di lana ſteſa ſino a mezza gamba, e cinta ne' lombi di colore turchino, per alludere all'Angelo, il quale apparve a Siſto IV. e gl'iſpirò queſta grand'opera di carità Criſtiana. Sono governati ſinche poſſono eſercitare qualche arte, e guadagnarſi il vitto da ſe medeſimi; ed alcune volte ſono tolti dal Luogo da Perſone benefiche, che li addottano per figliuoli, potendo talvolta alcuni di eſſi benedire la dura ſorte, nella quale ſono nati, mentre ne traggono felicità, con eſſete accolti da'Sommi Pontefici, educati in queſta Caſa col Patrimonio della Chieſa, ricompenſando le loro miſerie con tanta liberalità la Divina Providenza.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Puella orphana ex incertis Parentibus

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

LVIII

PUELLÆ ORPHANÆ

ex incertis Parentibus.

QUamvis ob Genitorũ nequitiam quamplurimi Infantis ab eis derelicti ſint, infinita Dei providentia à Pontificia charitate excipiuntur (utì diximus) in Orphanotrophio, quod Sixtus IV. è Cœlo admonitus, liberali manu ædificavit, nec ſolùm Pueri, ſed & Puellæ quæ traduntur Nutricibus mercede illis ſoluta, ut eas nutriant, & poſtquam adoleverint uſquè ad ætatem decem annorum, iterùm in Orphanotrophium excipiuntur, ubi quidquid ad vitæ ſuſtentationem requiritur, illis tribuitur, donec nubendi occaſio detur, aut aliquo modo earum honeſtas in tuto collocetur. Communem illæ vitam ducunt, ab omnium conſortio ſeparatæ, & nullo voto adſtrictæ leges clauſuræ ſervant, dieſque traducunt continuis occupationibus, quæ honeſtis, piiſque Fœminis conveniunt, atque in primis orationibus, culparum expiationi frequenti, & Sanctiſs. Euchariſtiæ ſumptione. Bis ſingulis annis è domo exeunt, & ſupplicantium more longo ordine diſpoſitæ modeſtè procedunt. A Canonicis Sancti Spiritus, & Illuſtriſſimo Commendatore aſſociatæ, ut in Baſilicis Vaticana, & Lateranenſi Sanctorum reliquias venerentur. Illos Milites Helvetici, quibus Pontifex ipſe ſtipatus procedit, hinc indè diſpoſiti per vias comitantur, ex quibus præbetur occaſio arguendi quanto amore Pontificia Charitas eas diligat, dùm eas ignotis Genitoribus orbatas, in filias adoptavit. Omnes veſte induuntur lanea cærulei coloris, capite album lineum velamen geſtant uſque ad renes productum, è cingulo ſudariolum plicaturis compoſitum dependent, & globulos precarios manu pertractant. Domi autem tempore hyemis veſtem laneam badii coloris habent, æſtate albam. Dùm hæc ſcribo, hujuſmodi Puellæ ſexcentæ numerantur; ſi matrimonio collocentur, centum ſcuta pro dote ſingulis tribuuntur.

LVIII

O R F A N E

di Genitori incogniti.

SIcome nacquero con la medeſima infelicità delli maſchi orfani di parenti incogniti, così ſortirono il medeſimo patrocinio dalla Providenza Divina nella Caſa di S.Spirito in Saſſia le Zitelle, parte delle quali in eſſa ſono allattate, parte conſegnate a Balie di eſperimentata Bontà, accioche ſiano a ſpeſe del Luogo Pio nutrite ſino all'età di dieci anni, ma poi riportate, accioche in eſſo ſiano ammaeſtrate non meno nella pietà Criſtiana, che nelle arti, le quali poſſono renderle utili per le famiglie, ſe ſaranno maritate, o per i Sacri Chioſtri, ſe in eſſi eleggeranno vita Religioſa. Si eſſercitano perciò in continui lavori, o per ſervizio della Chieſa, o per l'Oſpedale degl'Infermi. Sopra tutto ſi procura, che ſi allevino con il ſanto timore di Dio, ed amore all'oneſtà, onde à guiſa di Monache ritirate dal commercio degl' Eſterni vivono in clauſura, benche non obbligate con voto. Due volte l'anno eſcono da quella per viſitare le Baſiliche di S.Pietro, e S. Giovanni, accompagnate dalli Canonici Cavalieri di S. Spirito, e Monſig. Commendatore, e dalla Guardia Pontificia delli Svizzeri, il che da molto bene ad intendere con quale generoſa carità ſiano riconoſciute per figliuole della Providenza Pontificia queſte derelitte Fanciulle. Veſtono tutte di lana di colore turchino, e in capo portano una tela bianca pendente ſino alla cintura, ſiccome ſi vede nell'imagine. In Caſa l'inverno veſtono di lana di colore bigio ſcuro, e l'eſtate di lino bianco. Il numero di eſſe al preſente è di ſeicento in circa; quando ſi trova occaſione di maritarle, ſi danno loro cento ſcudi di dote.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Pauper mendicans dictus Letteratus

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

LIX
PUERI MENDICANTES
dicti Letterati.

LEonardus Goroſus, in Regno Neapolitano natus,patrimonio quidem pauper, ſed virtutibus dives, poſtquam in Aula cujuſdam Rom. Eccleſiæ Purpurati inter Parafrenarios aliquot annos duxiſſet, & deindè ſub Greg XIII. munus verrendi ſordes in cubiculis Pontificis exercuiſſet, charitate incenſus ergà dtrelictos, & miſerrimos pueros, qui humano ſuſſidio orbati, drù, noctuque per Urbis vias victum quæritabant, ut illis prodeſſet,pauperrimus evaſit, & capite, pedibuſq; nudis incendens cum ipſis pueris, quos alere eleemoſinis ſtudebat, publicas, vias à ſordibus purgabat. Ob ejuſmodi chriſtianæ charitatis exempla diligebatur à Populo, & licèt litterarum rudis, ob ſapientiam cœleſtem, quam oſtendebat, communiter Litteratus appellabatur. Ob eandē cauſam S.Philippo Nerio, & S. Carolo Borromeo acceptiſſimus, ab eiſdem ſubſidia non rarò excipiebat, ut mendicos pueros aleret, quorum curam poſt ejus mortem Card. Cæſar Baronius ſibi aſſumpſit. Eos primò in domuncula collocavit, quæ non longè à Mole Adriana diſtabat, & ejus parieti nudam crucem affixit, deindè ad viam, quæ Julia dicitur, tranſtulit, ubi ædicula erat Beatiſs. Virgini ſacra; at cum loci anguſtiæ eorum numerum excipere non poſſent, cavernas elegit, quæ ſub Eſquilino Colle patebant propè Templū S Laurentii in Paniſperna dictum, ſed ob loci humiditatem, & ſitum ad Ripam Tyberis profecti eo in loco, ubi Templum erat B. Virginis, miraculorum appellatum, ſtationem poſuerunt. Atquè iterùm ob aeris inſalubritatem poſt mortem Leonardi, quæ accidit anno 1595. aliqui Viri, pietate clari, quibus curam horum puerorum commiſſa fuerat ad Templum S.Mariæ Charitatis,in Via Flaminia poſitum, tranſtulerunt, ibiq; uſquè ad annum 1693. eleemoſinis fuerunt enutriti Demum Innoc. XII.eos collocavit in Hoſpitio S. Michaelis ad Ripam Tyberis, in Regione Tranſtyberina erecto, ubi pietate excoluntur à Patribus Matris Dei, Scholarum Piarum dictis, & Lanificio, variiſq; artibus operā navant, nè adulti paupertatis miſeriis deinceps ſuccumbant. Veſtem gerunt laneā coloris ravi ultrà genua productam, pileoq; ejuſdem coloris capunt contegunt.

LIX
F A N C I U L L I
detti Letterati.

LEonardo Goroſo, nato nel Regno di Napoli, uomo povero, ma illuminato da Dio, e pieno di carità, eſſendo ſtato Parafreniere d'un Cardinale,entrò al Servizio di Papa Gregorio XIII. per Scopatore Segreto nel Palazzo Apoſtolico. Laſciato poi l'impiego, moſſo a compaſſione radunò molti Fanciulli mendicanti ſperſi, per provederli. Andava egli malamente veſtito, ſcalzo, e ſcoperto nel capo, e con eſſi ſcopava le ſtrade, e così otteneva dagl' Abitatori limoſine, con le quali alimentava detti Fanciulli, che perciò era accarezzato da tutti, quali ammiravano in un uomo ſemplice la ſapienza celeſte; onde comunemente lo chiamavano per ſcherzo il Letterato. Trà tutti molto lo ſtimò S.Filippo Neri, ed il S.Cardinale Borromeo, quale perciò gli dava larghe limoſine, e ne fece fare il Ritratto, e il Card. Baronio doppo la di lui morte preſe la cura di detti Fanciulli. Furono queſti per qualche tempo tenuti in una piccola caſa poco lontana dalla Mole Adriana, ſopra la porta di cui era una nuda Croce di legno; doppo abitarono in una Chieſetta della Madonna di Strada Giulia, ma perche il luogo era anguſto, ſi ritirò alle grotte,vicine alla Chieſa di S.Lorenzo in Paniſperna alle radici del Colle Eſquilino; ma perche queſte erano dannoſe per l'umidità, andò al Monte Pinciò, e poi alle mura della Città, vicino alla Madonna, detta de'Miracoli, ma perche l'aria era inſalubre, doppo della di lui morte, accaduta nel 1595 li Governatori di queſta pia opera li traſferirono alla Chieſa di Santa Maria della Carità nella Strada Flaminia, ove erano alimentati circa cento Fanciulli. Sono ſtati queſti nel 1693. uniti al luogo pio di S.Michele aRipa grande dal SS. Pontefice Innocenzo XII. ove con altri ſono iſtruiti nell'arte della lana, e nello ſpirituale ammaeſtrati dalli Padri della Madre di Dio, detti delle Scuole Pie. Vivono in comune, e ſono di tutto proveduti; veſtono tutti una tonaca di lana ſcura lunga fino a mezza gamba cinta ne'lombi, e portano in capo il cappello del medeſimo colore.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Puella in Palatio Lateranensi

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

LX
PUELLÆ PAUPERES
in Palatio Lateranenſi.

VArios olim modos excogitaverunt Summi Pontifices, ut importuna pauperum Mendicantiū turba Roma exularet, ad quam tanquam ad matrem Nationum omnium ex omni terrarū Regione quotidiè proficiſcuntur, ſed fruſtrà, cùm ſemper alii, atque alii commorantibus adderentur. Attamen rem iterùm magnanimiter aggreſſus Innocentius XII. vaſtum Hoſpitium excitare decrevit, ut in eo cujuſque ætatis, & ſexus egeni ære Pontificio alerentur. Ad hunc finem primò Palatium Lateranenſe, à Sixto V. extructum, aperuit divino præcepto obtemperans: *Frange eſurienti panem tuum, & egenos, vagoſque induc in domum tuam*, ibique omnibus quidquid ad vitam ſuſtentandā neceſſe fuit, ſubminiſtravit; at ne otio langueſcerent, ſagax Pontifex imperavit ut artibus variis, illis præcipuè, quæ ad lanificiū pertinent, exercerentur. Mares deindè à fœminis ſegregari juſſit, quamobrem Senes ad Xenodochium Invalidorum juxtà Pontem Sixtum translati fuerunt. Pueri ad Hoſpitium S. Michaelis in Regione Tranſtyberina, ab ipſomet Pontifice in ampliorem formam extructū. Puellas verò cùm ſenioribus fœminis in Palatio Lateranenſi retinuit. In eo tanquam in religioſa Domo enutritæ, nō minùs pietati Chriſtianæ dant operam, quàm cęteris occupationibus, honeſtarum fœminarum propriis. Lanæ in primis, & lini opera cujuſcunque generis egregiè conficiunt, ex quorum lucro aliquid in propriam utilitatem convertunt. Inter opificia ſæpè celitum ſuffragia nominatim implorant, & ſacros hymnos, pſalmoſque non ſine cantu recitant. Laneam tunicam nullo colore imbutam ſimùl cum lineis filis contextam, quæ pauperes decet, ſed à ſordibus mundam gerunt, circà lumbos cingulo laneo conſtrictam, à quo globuli precarii dependent; Caput nullo fuco exornatum velamine albo lineo contegunt. Cùm è Palatio ad Templa viſitāda ſtatutis temporibus procedunt, divinas preces alternantibus vocibus per vias devotè concinunt; Cęli, Terræq: Reginam, & Matrem miſericordiæ cantu invocant, & Litanias ejuſdē addunt, non ſine magna prætereuntiū lætitia. Hujuſmodi Puellæ trecenteſimum numerum hoc anno implent.

LX
FANCIULLE POVERE
nel Palazzo Lateranenſe.

TEntorono molti Sommi Pontefici varii modi per torre gli abuſi, originati dalla moltiplicità de' poveri Mendicanti, ma in vano, perche ſempre più ſi moltiplicavano nella Città di Roma, ove accorrono tutte le Nazioni del Mondo, come a Madre comune di tutte: Volle nondimeno con magnanimità torre ogni oſtacolo il zelo d'Innocenzo XII. inſigne Proveditore de' Poveri, onde riſolvè di aprire per tutti i poveri Mendicanti un'Oſpizio Generale, che perciò raccolte molte elemoſine, aſſegnò per loro abitazione il Palazzo Ponteficio nel Laterano, ponendo così in eſſecuzione il precetto divino: Spezza il pane tuo per l'affamato, e poni nella tua caſa i raminghi, e biſognoſi; Onde ivi li poveri, tanto Uomini, quanto Donne erano alimentati, e per ſottrarli dall'ozio, aſſegnò a tutti Maeſtri di varie arti proprie di ciaſcun ſeſſo. Stimò poi meglio ſegregare gli Uomini dalle Donne, e li grandi dalli fanciulli; onde mandò quelli all'Oſpedale degl'Invalidi di S. Siſto, e queſti all'Oſpizio di S. Michele a Ripa, ampliato dal medeſimo Pontefice; e ritenne nel Laterano le Donne, e le fanciulle, ove ſono inſtruite, e mantenute con diſciplina quaſi di Religioſe. Ivi ſono ripartite per eſſercitare tutti i lavori di lana, e lino, onde teſſono qualſivoglia ſorte di panni, e tele. Ripartono perciò le ore del giorno in varj eſſercizj donneſchi utili per il governo delle Famiglie, e ſopra tutto coltivano la pietà con eſſercizj di divozione, e frequenza delli Sagramenti, nè ad alcuna manca ciò, che è neceſſario per mantenere oneſtamente la vita. Il guadagno delle loro fatiche s' impiega nel mantenimento comune, dandoſene però qualche parte à ciaſcuna, ſecondo che conviene. Veſtono una tonaca teſſuta con lana, e lino, priva d'ogni colore artificioſo, come conviene a povere, ma oneſte; la cingono con cintura di lana, da cui pende la corona. In capo anno una tela bianca all'uſanza di Monache. Alcune volte eſcono per viſitare Chieſe, e per le ſtrade cantano Salmi, e Litanie della Beatiſs. Vergine, e muovono a divozione chi le rimira. Al preſente il loro numero è di trecento.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Puella in domo pia S. Euphemiæ

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

LXI

Puellæ in Hoſpitio

S. EUPHEMIÆ.

POſtquam Cardinalis Baronius Puerorum egenorum curam ſuſceperat, nè inopia perirent, Virginibus etiam ejuſdem conditionis conſulere conatus eſt; quamobrem multas collocavit in Domo prope Templum S.Euphemiæ ſita in Campo Carlęo, ubi Domus erat Sanctimonialium Ordinis S. Franciſci, quæ poſteà pia Domus S.Euphemiæ eſt appellata. Cœnobium etiam extruxit pius Cardinalis Monialibus Capuccinus prope Templum S. Urbano ſacrum, ut inter eas gratis illæ aſcriberentur, quæ inter Puellas ſupradictas virginitatem ſuam Deo dicare vellent; illis verò, quæ ſe in matrimonio collocari deſiderarent, centum ſcuta tribuenda decrevit. Hanc fundationem approbavit Clemens VIII. anno 1600. diplomate, *Debitum Paſtoralis officii*, & privilegiis dotavit Gregorius XIV. Dum in ea domo aluntur, docentur artes, quæ Virgines decent, à ſenioribus, piiſque Fœminis. Quotidie Spiritui Divino ſe commendant, preces, & coronam B. Virginis alta voce recitant, ex ipſis duæ ante SS.Euchariſtiam ſpatio mediæ horæ perpetuò alternatim orant, & ſingulis diebus in Templo undecim ſe ipſas flagellis cædunt. Bis in menſe ſacram Euchariſtiam devote ſumunt, preceſque Deo effundunt pro Sancta Eccleſia Catholica, & pro Benefactoribus. Protectione gaudent unius Cardinalis, & vivunt ſub regimine Congregationis aliquorum Virorum nobilium. Aliquandò ex ea Domo exeunt tunica lanea indutæ coloris nigri circà lumbos præcincta funiculo albo, caput albo velamine tegitur; Olim mos erat junioribus eleemoſinas per Urbem petere, at ob ſubſidia relicta à Benefactoribus, inter quos inſignis fuit Princeps Jo: Baptiſta Pamphilius, Domi ſemper retinentur.

Camillus Fanuccius de piis Oper. Romæ.

LXI

Zitelle del Conſervatorio

DI S. EUFEMIA.

IL Cardinale Baronio doppo aver preſa la cura delli Fanciulli poveri, detti Letterati, ſi applicò a raccorre anche le Fanciulle diſperſe per aſſicurare la loro oneſtà, e le poſe in una caſa preſſo la Chieſa di S. Eufemia in Campo, detto Carleo, ove era un Monaſtero di Monache Franceſcane, poi detto, Luogo pio di S. Eufemia; e in oltre fabricò un Monaſtero di Monache Capuccine vicino alla Chieſa dedicata a S. Urbano, acciochè ſerviſſe di ricovero a quelle Zitelle, le quali inclinaſſero allo ſtato Religioſo, e determinò, che ſenza dote vi foſſero ricevute, ſicome ſi daſſero cento ſcudi a quelle, che eleggeſſero di maritarſi. Fu approvata queſta fondazione da Clemente VIII. nel 1600. e beneficata con privilegj da Gregorio XIV. Sono queſte povere Fanciulle governate da Donne di età matura, le quali inſegnano le arti proprie di Donne, ſotto la protezzione di un Cardinale, e direzzione di alcuni nobili Deputati, come ſi vede nella Bolla della Fondazione. Oltre i lavori, nelli quali ſono occupate, recitano ogni giorno l'orazione dello Spirito Santo, le Litanie, e la corona ad alta voce a coro. Due di eſſe a vicenda orano ſempre per mezza ora avanti al Santiſſimo, ed ogni ſera undici delle medeſime fanno la diſciplina in Chieſa. Ogni giorno ſono ammaeſtrate nelli dogmi della Santa Fede; ogni quindici ſi comunicano, e pregano per la Santa Chieſa, e per li Benefattori. Quando alcuna volta conviene uſcire di caſa tutte aſſieme, ordinate in proceſſione, il loro veſtito è una tonaca di ſaja nera, cinta con cordone bianco, in teſta hanno un panno bianco, conforme le Monache. Negli anni paſſati ſolevano alcune di età più tenera, accompagnate da una di età ſenile, chiedere elemoſina per le ſtrade, ma per varj ſuſſidj contribuiti da pii Benefattori, tra quali inſigne fu il Prencipe Gio: Battiſta Panfilio, e tolta queſta uſanza, e così tolta l'occaſione di libertà, ed ozioſità alle dette Fanciulle.

Piazza tract. 4. cap. 3.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Puella in Cęnobio S. Catharinę de Funarijs

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

LXII

Puellæ miſerabiles in Cœnobio S.CATHARINÆ de FUNARIIS.

APud Templum S.Catharinæ, dictum de Funariis, quod olim de Roſa denominabatur ob Templum S.Roſæ Viterbienſi dicatum, eſt Cœnobium 24. Sanctimonialium, ſub Regula S.Auguſtini viventium, quibus demandata eſt cura Puellarum, quæ Parentum vel nequitia, vel paupertate, negligenter educatæ in periculo erant, etſi invitæ, virginitatem vendendi. Earum honeſtati conſulere primùm ſtuduit S. Ignatius Lojola Soc. Jeſu Fundator, ut refertur in Lectionibus Breviarii Romani, cùm dicitur ille (apertis male nuptarum, & periclitantium Puellarum Cœnobiis) aliquot ejuſmodi Puellas in honeſta domo collocaſſe: Ædem poſteà tranſlatæ fuerunt ab aliquibus piis Viris in Cœnobium, quod anno 1544. Donatus Card. ex nobili Ceſiorum familia conſtruxit, ut ibi educarentur, & perdendæ pudicitiæ periculũ abeſſet. In illud non admittuntur, niſi decimum annum ætatis attigerint, & ſi plures quàm duodecim numerent excludũtur. Alimenta ibi percipiunt, & cùm nubendi occaſio datur, ſubſidium 60. ſcutor. pro dote illis tribuitur, niſi tamẽ dotem aliunde habeant; ſi verò religioſam vitam eligunt, centũ ſcuta illis erogantur. Dùm chriſtianos, & honeſtos mores edocentur, artes fœminarum proprias addiſcunt; ſi ex numero Sanctimonialium aliqua ob mortem deficiat, una ex illis Virginibus ad profeſſionem Votorum ſolet admitti. Præeſt omnibus Congregatio aliquorum nobilium Virorum, & Card. Protector, privilegiis gaudent illis conceſſis à Pio IV. S. Pio V. & Clem. VIII. Indumenta earum, licet varia, ſunt tamen omnia, ut honeſtas, & modeſtas Virgines decent. Imago expoſita unam repræſentat cum Virgine Religioſa tunica, & ſcapulari albis induta, ut fere omnes, quæ Regulam S. Auguſtini profitentur. Dùm hæc ſcribo numerus hujuſmodi Puellarum, quæ in Bulla S. Pii V. vocantur *Virgines miſerabiles* decem ſuprà centũ exiſtit. Inter eas etiam numerantur aliquæ diverſæ conditionis; à quibus pretium ſolvitur pro alimentis.

Ex Bullis B. Pii IV. Æquum reputabimus ann. 1559. *& S. Pii V. Cupientes &c. & Clementis VIII. Apoſtolici muneris.*

LXII

Vergini miſerabili nel Monaſtero di S. CATARINA de' FUNARI.

APpreſſo la Chieſa, detta prima della Roſa, perche era vicina ad un Tempio dedicato a S. Roſa di Viterbo, adeſſo nominata di S.Catarina de'Funari, è un Monaſtero di 24. Monache dell'Ord. Agoſtiniano, in cui ſi alimentano molte Zitelle figliuole di Genitori, quali o per la grande povertà, o per malizia erano allevate malamente, e potevano perdere la loro oneſtà; queſta pia opera ebbe principio da S. Ignazio Lojola, come ſi riferiſce nelle Lezzioni del Breviaro Romano, con l'ajuto di alcune Perſone divote, le quali ſi unirono in una Congregazione, dalla quale ora dipende il governo del Monaſtero, sì nel temporale, come nello ſpirituale. Doppo eſſere ſtato dato a molte di eſſe ricetto in una caſa, a ciò deputata, furono traſferite a queſto luogo fondato nel 1544. dal Card. Donato Ceſi, e fu poi confermata l'erezzione di eſſo da Pio IV. nel 1559. e poi favorito con molti privilegj dal S. Pont. Pio V. e Clemente VIII. In eſſo ſi ammettono fanciulle, le quali non ſiano più piccole di dieci anni, ne paſſino li dodici, e vi ſi alimentano finche ſi maritino, e ſi dà loro ſuſſidio dotale di ſc. 60. ſe però non hanno la dote del proprio, e volendoſi far Monache, ricevono cento ſcudi; morendo una delle Monache, ſuccede una di eſſe, quando voglia, e ſia approvata dalle Monache. Per l'ordinario ſono cento di numero, ed al preſente ſuperano quello di cento dieci. Sono provedute, ed ammaeſtrate nelli buoni coſtumi, e in quanto appartiene ad una oneſta fanciulla. Quì ſi è eſpoſta una Monaca con la tonaca, e pazienza commune alle Religioſe, che militano ſotto la Regola di S. Agoſtino; l'abito delle Fanciulle non è uniforme, ma bensì modeſto di lana, e ſenza pompa, come ad eſſe conviene. Si deve per ultimo ſapere, che nel medeſimo Monaſtero convivono anche alcune Zitelle, le quali pagano per li loro alimenti, eſſendo di condizione diverſa dalle altre, alle quali nella Bolla del S.Pio V. fu dato il Titolo di Vergini miſerabili.

Tutto ciò dalle Bolle ſopradette, e Coſtituzioni della Congregazione.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Museo Nacional de Antropología
MADRID

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

63

Virgo dicta Diuinæ Prouidentiæ

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

LXIII

PUELLÆ PAUPERES

Divinæ Providentiæ dictæ.

QUamvis Romana Pietas ingentẽ Puellarum numerũ alat, quæ in variis Domibus diſtributæ, honeſtatis, & pudicitiæ jacturam non timent; quia tamen non omnibus conſultum agnoſceret pius Sacerdos Franciſcus Paparettus Romanus; ſed permultas in vitiorum corruptelam prolabi, ut vitam humano ſubſidio orbatam ſuſtentarent, aliquas ex publicis viis ſelectas honeſtarum mulierum curæ commiſit, ut ab iis honeſtis & piis occupationibus exercerentur. Dùm interim alimenta illis ſubminiſtrabat, Summus Pontifex Clemens X. ejuſque Nepos Card. Alterius, & Card. de Carpineo eleemoſynarum ſubſidia erogabant; & ann. 1675 translatæ fuerunt ad Domum propè Templum S. Urſulæ dicatum, & earum numerus ad ducentas crevit ſub titulo Divinæ Providentiæ, cujus patrocinium, & ſubſidia expertæ fuerant. Innocentius deindè XI. beneficus egenorum Pater, ſuo diplomate anno 1682. illis penſionem aſſignavit annuatim ſolvendam ex locationibus Navicularũ & Lignorum, quæ in Ripa Tyberis deponuntur. In bonum earundem Innocentius XII. anno 1694 decem ſubſidia dotalia annuatim ſolvenda aſſignavit: Labores manum ſuarum hæ Virgines exercent, nè deſit quidquid ad victum, & indumenta requiritur. Chriſtianam pietatem inprimis colunt, manè præſolutis de more precationibus Sacro interſunt, è Sacro ad opificia diſcedunt, inter quæ ſæpè cælitum ſuffragia implorant, nonnunquàm etiam alternantibus choris B. Virginis Roſarium concinunt. Tunica lanea coloris violacei amiciuntur, quam laneum cingulum, cingulũ circà lumbos circumdata, quo globuli precarii nigri dependent. Caput albo velamine contegunt, quod paſſim Moniales geſtant, Clauſuræ legibus parent, ſed ſtatutis temporibus domo exeuntes, binæ binæ modeſtè procedunt ad Templa, & pias preces alta voce per vias pronunciant.

LXIII

FANCIULLE POVERE

dette della Divina Providenza.

OLtre molti Conſervatorj di Fanciulle, eretti in Roma dalla pietà di benefici Fondatori per conſervare la pudicizia di eſſe, e ſottrarle dalli pericoli di perderla, il zelante Sacerdote Romano Franceſco Paparetti vedendo non eſſere a tutte proveduto, aprì nell'anno 1674. una Caſa vicina a Torre di Specchi, e vi ripoſe alcune Fanciulle povere, facendole inſtruire da Pie Donne, in modo che mentre attendevano alli lavori di mano, ſi applicavano a trattenimenti ſpirituali, ed orazioni. Crebbe poi l'entrata per l'elemoſina di Clemente X. del Cardinale Altieri ſuo Nipote, e Cardinale Carpegna Vicario del Papa, ed altri Benefattori, onde furono traſferite in abitazione più ampia preſſo a S. Orſola alla ripa del Tevere nel 1675. e ſi accrebbe il numero fino a ducento, con il titolo delle Fanciulle delle Divina Providenza, di cui avevano eſperimentati gl'effetti. Fu loro da Innocenzo XI. aſſegnato un Cardinale Protettore, e fu il Cardinal Cibo, e un Prelato, quale per l'ordinario è un Auditore di Rota; e con ſuo Chirografo nel 1681. aſſegnò una entrata annua, proveniente da varie contribuzioni di Barcaroli, e piggioni di legnami, depoſitati ſopra la riva del Tevere, Innocenzo XII. volle anche beneficarle con aſſegnar loro dieci doti l'anno con Breve ſpedito nell'anno 1694. Attendono alli lavori proprj delle Donne, e ſopra tutto ſi eſſercitano in occupazioni divote; interponendo alle fatiche del corpo gli eſſercizj di orazioni. Il loro veſtito è una tonaca di ſaja pavonazza, cinta con cintura ſimile, da cui pende una corona nera; in teſta hanno una tela bianca, che cuopre tutte le ſpalle fino alla metà delle braccia; eſcono alcune volte di Caſa per viſitare qualche Chieſa a modo di proceſſione a due a due con eſſempio di modeſtia, cantando per le ſtrade le Litanie.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

64

Puellę Pauperes dictę Zoccolette

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

LXIV
PUELLÆ INOPES.
quæ vulgò dicuntur Zoccolette.

POſtquàm inſignis charitas ergà Pauperes Summi Pontificis Innoc. XII. Palatium Lateranenſe Egenorum Hoſpitiū reddiderat, in quo Pontificio ære alerentur, adhùc permultæ ſupererant Puellæ, quæ inopia laborantes, per publicas vias, non ſine periculo honeſtatis amittendæ, victum oſtiatim quæritabant: Ob id miſericordia,& zelo motus Illuſtriſs. Alexander Berti, Summ.Pontificis Eleemoſynarius anno 1698. aliquot ejus miſeræ conditionis ſelegit, ut ſuo ære enutritæ poſſent honeſtatē tueri ſub regimine, & cuſtodia alicujus fœminæ, prudentia, & pietate præditæ. Eas tunica ex craſſiori canabe indui juſſit, & cum ſumma inopia laborarent, diſcalceatos pedes ligneis ſoccis munivit, quos poſteà laneis tibialibus circumtexit, retentis tamen ſoccis, à quibus denominationem acceperunt, & vulgò dictæ ſunt *Zoccolette*. Illam adhùc retinent, & numerum ſeptuagenarium ultrà centum attingunt. Sub protectione Pontificii Eleemoſynarii in anguſta domo vivunt, piorum tantùm, & incertis eleemoſynis enutritæ. Labores fœminarum proprios exercent, ut ſibi aliquid lucrentur. Inter cęteras aliquæ natu minores per vias emendicant à ſeniori Fœmina ſociatæ; ſi in famulas, vel in uxores ab honeſtis Viris eligantur, illis conceduntur; ſi extrà domum ad Templa viſitanda aliquandò omnes longo ordine diſpoſitæ procedant, velamine lineo caput operiunt, & devotè Sanctorum preces alta voce recitant.

LXIV
FANCIULLE POVERE,
dette le Zoccolette.

DOppo che il gran zelo, e carità del Sommo Pontefice Innocenzo XII. deputò in Oſpizio de'Poveri il Palazzo del Laterano, e vi aſſegnò alimenti per li medeſimi, vedendoſi tuttavia per la Città alcune povere, e tenere Fanciulle derelitte, moſſo a pietà di eſſe Monſign. Aleſſandro Berti, Elemoſiniere del Sommo Pontefice, nel 1698. collocò molte di eſſe in una povera abitazione, e ſi ſtudiò di alimentarle, a fine che creſcendo, non periſſe la di loro oneſtà; e perche erano sì povere, che non vi era ſufficiente modo per meglio mantenerle, furono riveſtite con groſſa tonaca di tela, e ſcalze uſavano zoccoli di legno, che perciò communemente erano chiamate le Zoccolette. Ritengono anche oggidì queſta denominazione, ſicome i zoccoli, benche vadano calzate, ed è creſciuto il numero ſino a 170. Vivono poveramente ammaeſtrate nella pietà, e occupazioni proprie delle Donne da una prudente Direttrice, da loro chiamata Priora, ſotto la cura di Monſign. Elemoſiniere del Papa. Il guadagno proveniente dalli lavori ſi divide parte in benefizio di ciaſcuna, parte in utile comune di tutte. Quando eſcono di caſa proceſſionalmente a due a due veſtono una tonaca di tela bianca, cinta con il zinale. Il capo privo d'ogni ornamento, e coperto da una tela bianca pendente ſino alla cintura, e cantano divotamente per le ſtrade. Alcune di eſſe di età più tenera, accompagnate da una Donna, cercano per le ſtrade elemoſina, non avendo aſſegnamenti certi per ſoſtentarſi. Se alcuna viene eletta, o per ſervizio di caſa, o per moglie da qualche onorata perſona, le ſi concede.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Puella Orphana in Monte Sancto Piceni

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

VIRGINES ORPHANÆ

in Monte Sancto Piceni.

IN Oppido Piceni, Monte Sancto dicto, parùm diſtante ab Urbe Lauretana, Firmanæ Diœc. vir pietate præclarus Ludovicus Maraſoſchi an. 1699. propriam domum deputavit, in quam Virgines pauperes, & Parentibus orbatæ reciperentur, additis 12. ſcut. millibus in earum ſuſtentationem, atque hujus Collegii erectionem ſuo diplomate approbavit Eminentiſs. Card. Cincius, tunc temporis Firmanus Archiepiſcopus. Veſte lanea candida circa lumbos præcincta indui eas juſſit, funiculo pariter albo, à quo ſtrophiolum lineum dependet: in ejuſdem veſtis parte ſiniſtra ſuprà pectus crucem, ex panno nigro aſſutam, oſtentant; è capite velamen candidum in oculos productum dependet. Illis mulier præeſt, non minùs prudentia, quàm pietate commendata. Domi quotidiè Roſarium Beatiſs. Virginis, aliaſque preces, ſtatutis horis recitant. Extrà domum ſimul exeunt, ut Templum Patrum Socetat. Jeſu tantùm adeant, in quo Sacramenta excipiant, atque etiam cętera Templa viſitent, ubi Venerabilis Euchariſtia ſit expoſita. In ea domo aluntur, donec poſſint honeſtum matrimonium contrahere, vel aliquam Sanctimonialium Congregationem eligere. Qua de cauſa nullum votum profitentur, quamvis more Religioſarum Virginum vivant.

LXV

ZITELLE ORFANE

in Monte Santo.

IN Monte Santo, Terra della Marca poco diſtante da Loreto nella Dioceſi di Fermo, il Signor Lodovico Maraſoſchi nel 1699. iſtituì un Conſervatorio con titolo di Orfanelle miſerabili, e deputò la propria Caſa per la loro abitazione, e dodici mila ſcudi per il mantenimento delle medeſime. Fù approvata la detta erezzione con diploma del Signor Cardinale Cenci, in quel tempo Arciveſcovo di Fermo. Devono queſte eſſere Vergini povere, orfane di padre, e madre. Veſtono con veſte di lana bianca, cinta con cordone bianco, da cui pende nella parte deſtra un fazzoletto di lino; nella parte ſiniſtra del petto è affiſſa una croce di panno nero; hanno in capo un velo candido, come le Monache, pendente ſino agl'occhi. Sono governate da una Donna matura di anni, e prudente; in Caſa attendono alli lavori proprj delle Donne; ogni giorno recitano il Roſario della Beatiſs. Vergine; non eſcono da eſſa, ſe non per andare tutte aſſieme alla Chieſa della Compagnìa di Gieſù, ove frequentano li Sagramenti, e poſſono anche viſitare il Santiſſimo, ove ſia eſpoſto. Sono alimentate ſinche trovano occaſione o di maritarſi, o di entrare in qualche Monaſtero di Religioſe; non fanno perciò voto alcuno, ma vivono, come ſe foſſero Religioſe.

R

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

66

Virgines Orphanæ Venetijs

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

LXVI

PUELLÆ ORPHANÆ VENETIIS.

Cum pias domos in hoc Catalogo recenſerem,in quibus,vel piorum Virorum liberalitas Orphanis alimẽta ſubminiſtrat,nePuellarũ præcipuè honeſtas periclitetur. Caſu oculis ſubjecta eſt imago cum hac ſubſcriptione : *Virgines Orphanellæ dictæ in Hoſpitalibus Venetiarũ ad muſicam inſervientes*. At cùm de hac pia inſtitutione ne quidem verbũ additũ fuerit judicavi,non minùs juſtitiæ deberi,quàm gratũ fore Lectori de illa,aliquam etſi brevem notitiam recenſere. Poſtquàm igitur Ven.P.Hieronymus Æmilianus , Fundator Clericor. Regul.quos Sommaſcos communiter appellamus, eximia,qua ardebat in pauperes charitate,omni conatu ſtuduerat ſolatium & opem deſtitutæ ſoboli utriuſque ſexus afferre,atque miſeros Orphanos collegerat, quos in triviis conficiebat egeſtas;aliquot nobiles Viri divinæ providentiæ conſilio ejus imitatores Venetiis ſe reddiderunt ann.1527. aſsignatione domus propè Templum SS.Joanni & Paulo dicãtum , & annui cenſus,quo orphanæ Puellæ enutritæ ſuam honeſtatem in tuto collocatam agnoſcerent.In ea igitur circà centum & viginti,ſi libet,uſque ad mortem commorari poſſent, aut honeſtum matrimonium contrahere , aut in aliquo Sanctimonialium Cœnobio vota Religioſarũ profiteri. Dùm autem ibi morantur aliquot ex illis vocem muſicis modulationibus inflectere addiſcunt,atque muſica inſtrumenta ad numerum digitis percurrere,utTemplo divinas laudes concinant, reliquæ verò artibus fœminarũ exercentur. Omnes candida veſte amiciuntur, gremiale album, albumq; velamen capitis gerunt,quod è capite in terga deſcendit, & ſuprà illud pileum ſuſtinent è paleis contextũ, quod tempore pluvio caput ab aqua defendit. Aliquot,quæ 12. annum non expleverint,eleemoſynam per Urbem petunt ; omnes verò , ſi ſtatutis diebus domo exeant, ſcilicet die Veneris major.Hebdom.die feſto Præſent.B. V.& S.Antonio ſacro veſtem nigram gerunt,& velamen ante oculos pendet,ſicuti etiam cum defunctorum corpora ad ſepulturam comitantur.Earum curæ addicti ſunt aliquot Patritii,& Cives Veneti, ſed in pietate erudiuntur à PP. Congreg. Sommaſchæ.Aliæ etiam ſunt Venetiis ejuſdem generis domus,in quibus orphanæ Puellæ alũtur . In Xenodochio Pietatis dicto, rubra veſte indutæ. In eo,quod Incurabilium appellatur, cærulea . In alio Mendicantium dicto , nigro indumento amiciuntur .

LXVI

ZITELLE ORFANE IN VENEZIA .

Mentre regiſtravo in queſto Catalogo li Conſervatorii, e Caſe, nelle quali la carità de'Sommi Pontefici , e di altri diedero ricetto , ed alimenti a povere Fanciulle orfane , perchè così reſtaſſe in ſicuro la loro oneſtà, mi venne alle mani una imagine rozzamente intagliata con queſta iſcrizzione : *Virgines Orphanellæ dictæ in Hoſpitalibus ad muſicalia inſervientes* . Ma perche di tale iſtituzione non era riferita notizia alcuna, ſtimai atto di giuſtizia il darla,onde poteſſe eſſere di ſodisfazione al Lettore. Doppo dunque che il Ven.P.Girolamo Emiliani, Fondatore della Relig. delli Chierici Regol. detti Sommaſchi , ereſſe varii luoghi, nelli quali raccolſe molti poveri Fanciulli, e Fanciulle derelitte,alcune pie perſone cercarono d'imitarlo,e nel 1527. ſtabilirono in Venezia appreſſo la Chieſa de'SS Giovanni , e Paolo un Conſervatorio , in cui ſi poneſſe in ſalvo l'oneſtà di povere Vergini orfane di Padre, e Madre . Ivi ſono mantenute centoventi di eſſe ſino alla morte,ſe vogliono, o pure poſſono eleggere lo ſtato di Religioſa, o maritarſi, ed in tal caſo ſi dà loro 200. ſcudi per dote . Parte di eſſe attendono al ſuono , e canto in ſervizio della Chieſa ; altre attendono alli lavori convenienti alle Donne. Veſtono tutte di bianco , e portano il grembiale anco fuori di caſa, dalla quale le minori di 12. anni chiedono elemoſina per la Città hanno un velo bianco in capo , che cade dietro alle ſpalle oltre la cintura, e ſopra eſſo ſoſtengono un cappello di paglia, cõ cui coprono la teſta in caſo di pioggia . Tutte eſcono di caſa in occaſione di Giubilei, nel Venerdì Santo , Preſentazione della Madonna, e feſta di Sant'Antonio per viſitare Chieſe,ed in tale occaſione hanno abito nero, ed il velo pendente ſu'l volto , ſicome nero è l'abito quando accompagnano li morti al ſepolcro. Vivono ſotto la cura di alcuni Signori parte Nobili,parte Cittadini di Venezia,e nella pietà ſono iſtruite dalli Padri Sommaſchi con regole ſpettanti alla virtuoſa educazione. In Venezia ſono altri tre Conſervatorii , parimente di Zitelle nello Spedale,detto della Pietà , figliuole di Parenti incerti hanno l'abito roſſo. In quello detto degl'Incurabili,ſono alcune altre Orfane di poveri Genitori , e veſtono colore turchino . Un'altro tiene ſimili Zitelle, dette Mendicanti, e veſtono di nero , ed attendono parimente alla Muſica .

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

67

in Hoſpitio Inſanorum

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

LXVII

XENODOCHIUM AMENTIUM.

INter omnes,qui humanis miſeriis opprimuntur, nullos magis eſſe deplorandos, quàm mente inſanos jure crediderunt Ferrantes Ruiz optimus Sacerdos, Angelus Brunus, & Didacus ejus filius,omnes natione Hiſpani,& Criſtianis virtutibus preclari.Quamobrem miſeratione commoti, ſuis expenſis Xenodochium erigere decreverunt, ut in eo ejus generis infirmi utriuſque ſexus reciperentur.Promovit hoc pium opus Pater Jacobus Lainez, ſecundus Præpoſitus Generalis Societatis Jeſu, applicatione cujuſdam Domus, quam devota mulier Fauſtina Francolina legaverat, ut in opera charitatis impenderetur; quamobrèm coram P.Polanco,& P.Paſſiano Roſa, qui eo tumpore Sancti Philippi Nerii confeſſiones excipiebat; in publicis tabulis tali applicatione conſcripta,ex ipſa domo,& palatio illi proximo familiæ Jacobatiæ Xenodochium erectũ eſt,cujus deindè protectio S.Carolo Borromeo commẽdata fuit,illudq; anno 1561. Pius IV. approbavit; & alii eleemoſinas eidem largiti ſunt, inter quos ultimus fuit Eminentiſs.Cardinalis Nerlius,qui ſuam Hæreditatem huic Xenodochio liberaliter teſtamento legavit. Horum infirmorum cura plurimis Operariis commiſſa eſt, nihilque illis deeſt, quod alimentis, & valetudini recuperandæ prodeſſe poſſit. Si autem nulla ſpes affulgeat ad priſtinum ſtatum ſanitatis redeundi, in Xenodochio retinẽtur,preceſque pro ipſisDeo effunduntur ex documentis S.Eccleſiæ,ut ſanitate mentis,& corporis gaudeant,qua felicitas humana in terris comprehenditur. Illi autẽ,qui omninò mẽte capti nõ ſunt, aliquandò è Domo exeunt longo ordine diſtributi,ut aliquod Templum viſitent, indumẽto viri induti,ut imago ſubjecta demõſtrat; pileo tamen utuntur albo.

LXVII

OSPEDALE DE' PAZZARELLI.

FErrante Ruiz ottimo Sacerdote con Angelo Bruno, e Diego ſuo figliuolo, nobili Spagnoli,conſiderando l'infelicità di quelli uomini, i quali perduta la ſanità della mente, anno perduto l'eſſere di uomo, riſolverono di fondare nna Caſa,ove foſſero ricevuti queſti miſerabili,tanto Uomini,quãtoDonne. A queſta pia opera conconſe il P. Giacomo Lainez, ſecondo Generale della Compagnia di Gesù,con applicare ad eſſa una Caſa laſciata per farne qualche opera pia da Fauſtina Francolini,e ne fu rogato inſtromento nel 1548. preſenti il P.Polanco, e P. Paſſiano Roſa, Confeſſore di S. Filippo Neri, e fu unita al palazzo della Famiglia Jacovacci. Fù ſtabilito queſto luogo da Pio IV. l'anno 1561. e ne fù data la protezzione a San Carlo Borromeo, ſiccome è ſtato beneficato da varie pie Perſone, trà le quali l'ultimo è ſtato l'Eminentiſſimo Cardinal Nerli, da cui fù iſtituito Erede delle ſue facoltà. Sono queſti sfortunati ſotto il patrocinio della Beatiſſima Vergine, eſſendo eſſa la ſalute degl'Infermi. Preſiede al governo d'eſſi un Cardinale con una Congregazione d'Uomini pii, e prudenti. Hanno molti Miniſtri, e ſono proveduti di quanto è biſogno, e può conferire alla loro ſanità, che da molti ſi ricupera. Quelli che ſono incurabili, ſono ritenuti, e governati con molta carità ſino alla morte, chiedendoſi ſempre con S. Chieſa a Dio la ſanità del corpo, e della mente, in che conſiſte la felicità d'un'Uomo, che vive in queſta terra. Li meno infermi eſcono qualche volta per viſitare alcuna Chieſa proceſſionalmente, ed il loro abito è tutto verde con cappello bianco, nella forma eſpreſſa della imagine quì poſta.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Vir scholę S. Ambrosii cum oblatione Panis

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

LXVIII
Viri
SCOLÆ S. AMBROSII.

ERat antiquitùs dedecoris nota inter Fideles ad S. Euchariſtiæ Communionem accedere ſine prævia oblatione panis,& vini; undè S. Auguſtinus ſerm. 215. de tempore inquit: *Erubeſcere debet homo idoneus, ſi de aliena oblatione communicaverit*. Quamobrem in Eccleſia Ambroſiana ritus oblationis uſquè in hanc diem ſic obſervatur, ut duo ſeniores ex Virorum parte tres hoſtias, & unum vas albi vini offerant, ſic vice mulierum duæ ſeniles Fœminæ faciunt. Horum Collegium decem Viris, itidemque Mulieribus componitur, & appellatur Schola S. Ambroſii. Veſte talari nigra utuntur ſenes, quam coriacea zona circà lumbos cingunt, caput quodam rotundo,& complanato bireto contegunt: In oblationibus utuntur ſuperpelliceo albo, cui caputium conjungitur Græcorum more; cùm illas deferunt, ad gradus uſquè Altaris procedunt, ibique dicunt, Benedicite Pater Reverende; & illis Celebrans, Benedicat te Deus, & hoc tuum munus, in nomine Patris &c. & manipulum porrigit, ut illum oſculentur. Antequàm oblationes deferant, ſuperpelliceo, & velamine induuntur in Secretario, ubi ſub clavi talia indumenta ſervant. In omnibus publicis ſupplicationibus primò Fœminæ procedunt poſt Crucem, quam ex illis junior præfert, deindè Viri, & ſubmiſſa voce preces recitant, quas cœteri alta voce canunt. Redditibus Eccleſiaſticis aluntur, quos Benedictina Congregatio annuatim ſolvit; In iis Populus Mediolanenſis indicatur, Virorum quidem in Viris, Fœminarum autem in Fœminis. Hic expoſuimus Virum deferentem oblationem Hoſtiarum.

De illis agit Præſul Carolus Settala de Sacrific. Miſſæ cap. 16.

LXVIII
Uomini, detti
DELLA SCOLA DI S.AMBROGIO.

ERa conſuetudine anticamẽte nella Chieſa, che celebrandoſi la Meſſa nel tempo dell'Offertorio, tanto gl'Uomini, quanto le Donne offeriſſero al Sacerdote pane, e vino, i quali poi conſagrati, ſi diſpenſava a'Fedeli, e S. Agoſtino riprende quelli, che ſi accoſtavano alla SS. Communione, ſenza avere prima fatta queſta oblazione: Che perciò nella Chieſa Ambroſiana ſi ritiene ancora queſto coſtume; onde per parte degli Uomini due Vecchi offeriſcono oſtie, e vino, e per parte delle Donne, due di eſſe di età ſenile, a queſto effetto deputate. Sotto queſto numero ſi eſpone l'imagine d'un uomo delli dieci, da'quali ſi compone la Congregazione di tali Oblatori, e ſi chiama, Seuola di S. Ambrogio. Queſti nelle funzioni Eccleſiaſtiche veſtono abito lungo nero, come i Sacerdoti, cinto con cintura di corame; In capo portano un berrettone tondo ſchiacciato, e ſopra la veſte portano la cotta cõn capuccio all'uſanza greca. Il più antico di loro ſi chiama Priore. In tutte le Proceſſioni vanno uniti dietro la propria Croce, portata dal Novizio di eſſi; la Croce è ſeguitata prima dalle Donne, e poi dagli Uomini, e precedono il Clero Metropolitano. Vivono di rendite Eccleſiaſtiche, pagate loro da varie Abbazie della Religione Benedettina. Queſto numero decennale rappreſenta tutto il Popolo Milaneſe. Cantano con voce ſommeſſa nelle Proceſſioni ciò che cantãno gli altri. Quando devono fare le oblazioni, ſi veſtono nella Sagreſtia aquilonare, ove anno il loro veſtiario, cioè cotta, e capuccio, e una tela grande di lino, detto Fanone, che loro copre le ſpalle, e tutte le braccia fino alle ginocchia. Dovendo offerire le oblazioni, vanno fino alli gradini dell'Altare, e offerendole al Celebrante, dicono, Benedicite Pater Reverende; e il Celebrante riſponde, Benedicat Te Deus,& hoc tuum munus, in nomine Patris &c. e porge loro a baciare il Manipolo. Nella preſente figura ſi vede nell'atto di portare l'oblazione delle Oſtie.

*Tutto ciò viene riferito da Monſignor Carlo Settala tratt. della Meſſa c.*26.*n.*34.

*Cerimoniale Ambroſ. fol.*244. *& ſeq.*

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Idem Vir cum oblatione Vini et Aquæ

Il medesimo con l'offerta del Vino e dell' Acqua

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Idem a Tergo uiſus

Il medeſimo ueduto nella Schiena

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Idem in publicis ſuplicationibus

Lo ſteſso nelle publiche Proceſsioni

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Museo Nacional de Antropología
MADRID

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Eadem mulier cum oblatione Panis

L'istessa Donna che porta l'offerta del Pane

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Mulieres

SCHOLÆ S. AMBROSII.

SUb numero antecedente indicatum eſt Collegium, quod Mediolani eſt, & dicitur Schola S. Ambroſii, quæ decem Viris, totidemque Mulieribus componitur, à quibus in ſolemnioribus Sacrificiis porriguntur Epiſcopo celebranti oblationes nomine Populi Mediolanenſis. Hìc exponitur imago mulieris, veſte induta, qua utitur, cùm faciendæ ſunt oblationes: Nigra illa eſt, & ad pedes producta, circà lumbos zona coriacea præcincta; è capite album velamen uſquè ad genua productum dependet, ſuprà quod aliud nigrum. Binæ ex illis oblationes deferunt uſque ad ſepta Presbyterii, ubi Sacerdos eas excipit. Seniorem inter eas Prioriſſam vocant, & antè omnes poſt Crucem in ſupplicationibus publicis procedunt. Hujuſmodi oblationi ritum, quem Ambroſiana Eccleſia tantùm retinuit, originem habuiſſe à Græcis refert Durandus lib.2. cap. 1. num. 45. Fœminas autem vocari Presbyteros, ſed à Latinis dici Viduas, & Seniores Univiras, aut Matricurias, ideſt Sacerdotali dignitate inſignites, & unius Viri Viduas. Imago expoſita repreſentat unã ex illis deferentem oſtias offerendas.

Ità Macrus in Hierolex. V. Oblatio.

LXXII

Donne

Della SCOLA AMBROSIANA.

ESſendoſi dal numero precedente accennato, che in Milano è un Collegio, o numero di Perſone deputate per fare le oblazioni di pane, e vino a nome del Popolo, quando ſi celebra Meſſa ſolenne, conforme al rito antico, e queſto eſſere compoſto di dieci Uomini, e di dieci Donne, quì ſi eſpone la figura di queſte con l'abito uſato nelle ſudette ſagre funzioni. La veſte di eſſe è nera, cinta ne'lombi con cintura di corame pendente nella parte anteriore. Portano in capo un velo bianco, cadente dalli lati fino al ginocchio, e ſopra eſſo aggiungono un'altro manto nero, che tutte le cuopre. Nella celebrazione delle Meſſe ſolenni, due di eſſe fanno le oblazioni, e ſi accoſtano alli primi cancelli del Presbiterio, ove il Celebrante le prende. La più vecchia hà il nome di Prioreſſa, e nelle Proceſſioni intervengono doppo la propria Croce. Queſta funzione, che unicamente ſi ritiene nella Chieſa Ambroſiana (dice il Durando lib.2.cap.1.num.45. avere avuta l'origine dal Rito Greco, e le Donne chiamarſi con voci, ſignificanti Sacerdoteſſe, e Vedove di un ſolo Marito). L'imagine eſpoſta rappreſenta una di eſſe con l'oblazione dell'Oſtie.

Vedi il Macri v. Oblatio.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

73

Eadem cum oblatione Vini et Aquæ

La medesima con l'offerta del Vino e dell'Acqua

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Eadem a tergo uisa

La medesima ueduta nella Schiena

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

78

Eadem in publicis Supplicationibus — *la medeſima nelle publiche Proceſſioni*

INDEX

VIRI.

Canonicus Portuenſis. 1
Carmelita, dictus à Monte Sancto. 2
Minor S. Franciſci, dictus Recollectus. 3
Monacus Ciſtercien. Vallis Caulium. 4
Sacerdos Regularis, dictus Boni Jeſu. 5
Monacus, dictus de Avellana.
Alius diverſus. 7
Auguſtinianus Reformatus Centorbi. 8
Eremita in Monte Luco. 9
Sacerdos Oblatus S. Ambroſii. 10
Sacerdos Congregationis S. Joſeph. 11
Sacerdos Congreg. Doctrinæ Chriſtianæ. 12
Sacerdos in Hoſpitio SS. Trinitatis. 13
Eremita ad Portam Angelicam. 14

FOEMINÆ.

Sanctimonialis S. Hilarionis. 15
Solitaria in Ægypto. 16
Ciſtercienſis Lorvanii. 17
Humiliata Mediolani. 18
Humiliata in Vico Varonis. 19
Solitaria in Vico Varonis. 20
Sanctimonialis Deiparæ Aſſumptæ. 21
Canoniſſa noſtræ Dominæ. 22
Monialis dicta del Corpus Domini. 23
Sanctimonialis Cæſaraguſtæ. 24
Filia Pœnitentiæ. 25
Pœnitens in Urbe Veteri. 26
Pœnitens Solitaria S. Franciſci. 27
Sanctimonialis SS. Virginis Roſarii. 28
Virgo Collegii Caſtilionenſis. 29
Virgo Deo Oblatæ Ravennæ. 30
Pœnitens, dicta S. Crucis. 31
Virgo Congregationis Halæ. 32
Eadem extrà Domum. 33

ALUMNI.

Collegii Anglicani. 34
Alumnus Collegii Capranicenſis. 35
Alumnus Collegii Fuccioli. 36
Alumnus Collegii Germanici. 37
Idem in Choro. 38
Alumnus Collegii Ghislerii. 39
Alumnus Collegii Gimnaſii. 40
Alumnus Collegii Græcorum. 41
Alumnus Collegii Hibernorum. 42
Alumnus Collegii Maronitarum. 43
Alumnus Collegii Matthæjorum. 44
Alumnus Collegii Nazareni. 45
Alumnus Collegii Neophitorum. 46
Alumnus Collegii Pamphilii. 47
Alumnus Seminarii Romani. 48
Alumnus Collegii Salviati. 49
Alumnus Collegii Scotorum. 50
Alumnus Seminarii Urbani. 51
Alumnus Collegii de Propaganda Fide. 52

DIVERSI UTRIUSQUE SEXUS.

Pauper in Hoſpitio Invalidorum. 53
Fœmina invalida in eodem Hoſpitio. 54
Orphanus ex honeſtis Parentibus. 55
Orphana ex honeſtis Parentibus. 56
Orphanus ex incertis Parentibus. 57
Orphana ex incertis Parentibus. 58
Puer pauper, olim dictus Letterato. 59
Puella pauper in Palatio Lateranenſi. 60
Puella in Domo Pia S. Euphemiæ. 61
Puella in Cœnob. S. Catharinæ de Funar. 62
Virgo, dicta Divinæ Providentiæ. 63
Puella mendicans, dicta Zoccoletta. 64
Virgo orphana in Monte Sancto Piceni. 65
Virgo orphana Venetiis. 66
Vir in Hoſpitio Inſanorum. 67
Vir Scholæ S. Ambroſii cum oblat. panis. 68
Idem cum oblatione vini, & aquæ. 69
Idem à tergo viſus. 70
Idem in publicis ſupplicationibus. 71
Mulier Scholæ S. Ambroſii deferens oblationem Hoſtiarum. 72
Eadem cum oblatione vini, & aquæ. 73
Eadem à tergo viſa. 74
Eadem in publicis ſupplicationibus. 75

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

8/7/02

E. 1051 15 5.1000 9178
Au

75 Grabados

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

P. BONANNI

CATALOGO DEGLI ORDINI RELIGIOSI